Pharmacopœia LUDOVICIANA.

CEU

Medicamentorum Sylloge

Quæ in promptu asservanda velit

Clariss. D. LUDOVICUS Med.

Ducal. Sax. Gothan. in Libro

DE

Pharmaciâ Moderno Seculo Applicandâ,

Et ad omnes Medendi Intentiones sufficientia Existimavit: Alphabetè dispositа.

Una cum Viribus & Dosibus Remediorum Morborumq; Indicibus annexis.

LONDINI:

Impensis G. SAWBRIDGE, sub Signo trium Iridum auratarum in vico vulgo vocato *Little Brittain.* 1713.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

Pharmacopœia LUDOVICIANA.

CEU

Medicamentorum Sylloge

Quæ in promptu aſſervanda velit

Clariſs. D. Ludovicus Med.

Ducal. Sax. Gothan. in Libro

DE

Pharmaciâ Moderno Seculo Applicandâ,

Et ad omnes Medendi Intentiones ſufficientia Exiſtimavit: Alphabeticè diſpoſita.

Una cum Viribus & Doſibus Remediorum Morborumq; Indicibus annexis.

LONDINI:

Impenſis G. Sawbridge, ſub Signo trium Iridum auratarum in vico vulgo vocato *Little Brittain.* 1712.

AD
LECTOREM.

QUI ſequitur Tractatus, Syllogen continet Medicamentorum, quæ ſola, Ludovicus in Libro (de Pharmaciâ Moderno ſeculo applicandâ) neceſſaria, ut in officinis aſſerventur, exiſtimat; & è quibus pro re natâ apta eligat miſceatq; Medicus. Hujus fuit Propoſitum Authoris ex ingenti medicamentorum

varietate, cum ſimplicium, tum compoſitorum, quibus infarciuntur Pharmacopœæ, fructu utiliſſima, paratu facillima, nec nimio tamen pretio inſignita ſeligere, optimamq; præparandi indicare methodum. At quandoquidem non parva inſit ſtylo obſcuritas, per totumq; librum paſſim ſpargantur Pharmaca, quindecim circiter ab hinc retro annis ad meum ipſius Uſum hanc collectionem feci, quam me publici juris nunc facere eventus quidam (cujus narratione haud Operæ pretium eſt Lectorem fatigare) in causâ fuit. Per Præſcripta aut Compoſitiones, quas ſpecialiter deſcribit Author, ſuis ipſius Verbis ut plurimum Uſus ſum. Per alias,

alias, Commentatorem ejus Clar. Etmullerum ſecutus fui, & quaſdam ipſe ſuppeditavi dum generales directiones obſervare ſum conatus; & nunc in Gratiam Juniorum Medicorum, vires & Doſes adjeci.

Si Unicornu foſſile id videatur quod nobis difficilis acquiſitionis ſit (quod in Saxe Gothâ ſuâ ſat fuit parabile) nemo prohibetur aptum quoddam ſibi adſtruere ſuccedaneum. Haud incongruum præterea fortaſſis erit medicamentis ab Authore collectis adjicere Æthiopem Mineralem, Corticem Peruvianum, & Radicem Serpentariæ Virginianæ.

Qui cupit discere quam ob causam hæc potissimum præ aliis ejusmodi seligantur, ipsum Authorem consulat.

Vale.

Cata-

Catalogus Medicamentorum tam ſimplicium quam Compoſitorum a Ludovico ſelectorum.

N.B. Litera C denotat iſta Medicamenta quæ in Apparatu contractiori : D quæ in diffuſiori, & E quæ extemporanee præparanda ſunt.

A	C	D	E
Acetum	c		
Bezoardicum		d	
Deſtillatum	c		
Scylliticum		d	
Lithargyrites			e
Ærugo	c		
Æs Uſtum	c		
Alumen	c		
Dulce		d	
Uſtum	c		

	C	D	E
Amygdalæ dulces	c		
Antimonium	c		
Diaphor.	c		
Mart.	c		
Aquæ Acaciæ	c		
Apoplect. ſud. / *Cephal.*	c		
Amara		d	
Anhaltina	c		
Articularis		d	
Caryoph.	c		
Ceraſor.		d	
Chelid.maj.		d	
Aqua Cinnam.	c		
Cordialis	c		
Fænic.	c		
Fragor		d	
Fumar		d	
Hyſſopi	c		
Hyſterica	c		
Majoranæ		d	
Meliſſæ	c		
Menthæ	c		
Moſchat		d	

	C	D	E
Plantag.		d	
Pulegij	c		
Roſarum	c		
Sperm. Ran.		d	
Arcanum duplicat.	c		
B			
Baccæ Juniperi	c		
Balſ. Apoplecticum	c		
Sulph. Tereb. ad extra.	c		
Bezoard Joviale.		d	
Lunare		d	
Minerale		d	
Borax	c		
Butyrum Antimon.	c		
Majale	c		
C			
Camphora	c		
Cantharides	c		

	C	D	E
Capita Papav.	c		
Capulæ Glandium		d	
Cardamum minus vel Cubebæ		d	
Caricæ	c		
Caryophylli	c		
Caſtoreum	c		
Cera	c		
Ceruſſa, aut Minium aut Lithargyrium	c		
Cinnamomum.	c		
Cinnab. Antimon.	c		
Nativ.	c		
Colcoth Vitrioli	c		
Colocynthis		d	
Colophonia	c		
Conchæ oblongæ	c		
Conſer. Roſar.	c		
Corallia	c		
Cornu Cervi	c		
Philoſ.	c		
Uſtum	c		
Cortices Citri	c		
Crepitus Lupi	c		

	C	D	E
Cryſtallus		d	
Crocus		d	
Mart. Aperit	c		
Aſtring.	c		
Metallorum	c		
E			
Elixir Propriet. Acid.	c		
S. Acido	c		
Uterinum			e
Empl. Arſenicale.		d	
Catagmat.	c		
Diaſulph.	c		
Diaphor.			e
de Hyoſciam.	c		
Matricale			e
Saturnin.	c		
Stictícum	c		
Stomach.		d	
Veſicat	c		
Emulſ. Purgant.			e
Eſſent. Abſinth.	c		

	C	D	E
Angel.	c		
Camph.	c		
Caſtor	c		
Cochlear	c		
Enulæ	c		
Maſtich		d	
Myrhæ		d	
Nicotian	c		
Paſſular	c		
Roſar.	c		
Satyrii	c		
Saturni		d	
Stomach		d	
Violar	c		
Extr. Abſinthii	c		
Acori		d	
Alkekeny		d	
Alces	c		
Anagall		d	
Angelicæ		d	
Bellidis		d	
Colocynth.		d	
Croci		d	
Diapher		d	

	C	D	E
Extr. *Fumariæ*		d	
Glycyrrhizæ	c		
Heder. Terreſt.		d	
Hellebori		d	
Hyperici	c		
Opii	c		
Acidul.		d	
Papav.		d	
Errat.	c		
Plantag.	c		
Salicis		d	
Scabioſ.	c		
Symphiti		d	
Torment. vel *Biſtort.*	c		
Veronic.		d	
Vulner:		d	
F			
Fel Bovinum vel *Ovinum* vel *Suillum*		d	
Flores Chamom.	c		

	C	D
Cheiri		d
Lil. Conval.	c	
Roſar.	c	
Folæ Senn.	c	
Gummi Ceraſ.	c	
Galban.	c	
Oliban. vel *Thus*	c	
Maſtich		d
Sandarac	c	
Styr. Calam.		d
Tragac.		d
H		
Hepar Anguill. cum Felle	c	
Herb. Abſinth.	c	
Alchim vel *Sanic*	c	
Anagal		d
Bellid. min.		d
Cochlear.	c	
Heder. Ter.		d

	C	D	E
Herniar. aut *Auric. mur.* aut *Perfoliat*		d	
		d	
Hyoſciam	c		
Hyperici		d	
Majoran		d	
Malv.	c		
Herb. Menth. criſp.	c		
Meliſs.	c		
Millefol. vel Perſicar	c		
Plantag.	c		
Prunell.		d	
Pulegii	c		
Sanicul aut *Pyrolæ*	c		
Scordii		d	
Scabioſ.	c		
Serpill		d	
Spicæ ſeu *Lavend.*	c		
Tuſſilag.		d	
Veronic.		d	

	C	D	E
I.			
Jalappa	c		
Infusio Nervin.		d	
Pectoral.		d	
Purgans.			e
L			
Lac Sulphur.		d	
Lapis Arsenic.		d	
Calamin.	c		
Chrystall.		d	
Hæmatit.		d	
Medicam.	c		
Laudan. Opiat	c		
Lignum Guajac	c		
Sant Rubr.		d	
Limatura Mart.	c		
Liquor Citri Oleos.		d	
Lixivium Calcis			e

	C	D	E
M			
Magiſter Alumin.		d	
Corall.		d	
C. C.		d	
Lunæ		d	
Marcaſ.		d	
Saturni	c		
Marcaſitæ		d	
Mel.	c		
Merc. Dulcis	c		
Purgat.	c		
Præcip.	c		
Sublim.	c		
Mixtura Simplex	c		
Morſuli Purgantes			c
Moſchus		d	
Muſcus		d	
Myrrha	c		
N			
Nihilum	c		

	C	D	E
Nitrum	c		
Fixum		d	
Nux Moſchata	c		
O			
Oculi Cancr.	c		
Oleum Alexiph.			e
Amygd. dulc.	c		
Bacc. Lauri		d	
Camphor.	c		
Carminat.	c		
Carui.	c		
Caryoph.	c		
Ceræ		d	
Cinnam.	c		
Fænic	c		
Hyoſciam.	c		
Hyperici	c		
Hyſſopi		d	
Junip.	c		
Lign. Rhod.		d	
Lil. Alb.	c		
Lumbric.		d	

	C	D	E
Oleum Majoran		d	
Menthæ	c		
Nervin.		d	
Nuc. Moſc.	c		
Olivar.	c		
Ovorum		d	
Papav.	c		
Petræ		d	
Pulegii		d	
Saponis	c		
Scorpion		d	
Spicæ		d	
Stomach.	c		
Succin.	c		
Tartar.	c		
Opium	c		
Oſſa Capit. Lucii	c		
Oxyſacchar. Emeti.	c		

P

Paſſulæ	c		
Phlegma Aluminis	c		
Vitrioli	c		

	C	D	E
Pilulæ Aloeticæ	c		
Purgantes			e
Pinguedo Ovina	c		
Taxi		d	
Anſerina	c		
Viperina		d	
Piper	c		
Potio Laxans			e
Purgans			e
Pulvis Anodynus		d	
Antipleurit.	c		
Bezoard. Alb.	c		
Salin.			e
Cordialis		d	
Diaphoret.			e
Diarrhod.	c		
Epilepticus	c		
Anodyn.	c		
Eryſipelat.			e
Febrilis		d	
Laxans			e
Nephritic.	c		
Pectoral.	c		
Pulvis Purgans			e

	C	D	E
Stypticus	c		
Intern.	c		
Stomachic.		d	
Viperinus		d	
R			
Radix Acori		d	
Angelicæ vel Carlinæ	c		
Ari præp.	c		
Ariſtol rot.		d	
Enulæ	c		
Galangæ		d	
Gentianæ		d	
Glycyrrhiz.	c		
Helleb. Nigr.		d	
Irid. Flor.	c		
Symphit.		d	
Torment.	c		
Zedoar.	c		
Zinzib.	c		
Reſina Jalapii	c		

Scam-

	C	D	E
Scammon.	c		
Rob. Juniperi		d	
S			
Saccharum	c		
Syrupiſat.	c		
Sal Antimon.		d	
Armoniacum	c		
Volat.	c		
Diaphoret.	c		
Diureticum		d	
Succini		d	
Tartari	c		
Eſſentiale	c		
Sanguis Draconis	c		
Hirci	c		
Sapo	c		
Scammonium	c		
Scylla		d	
Semina Carui	c		
Cucum. vel Cucurb.	c		

	C	D	E
Fænic.	c		
Fænugr.		d	
Hyoſciam.	c		
Papav.	c		
Santonic.	c		
Spiritus Abſinthii	c		
Æruginis	c		
Calcis		d	
Cochlear	c		
C. C.	c		
Lil. conval	c		
Spiritus Lignorum vel Mellis		d	
Nitri	c		
Clyſſi-form		d	
Roſarum		d	
Salis		d	
Tinctus		d	
Sal Armon.	c		
Serpilli		c	
Spicæ	c		
Tartari	c		
Volat.		c	
Terebin.	c		

	C	D	E
Vini	c		
Vitrioli	c		
Coag.		d	
Epilep.		d	
Philoſ.		d	
Tartar.		d	
Succus Ceraſ. comp.	c		
Cydonior.	c		
Glycyrrhiz.	c		
Limonum		d	
Mori		d	
Rubi Idæi		d	
Succinum	c		
Sudoriferum Maxim.	c		
Sulphur	c		
Aurat. Antim.		d	
T			
Tabulæ Aromat.			e
Pectorales	c		
Peſtilent.		d	
Tartar Chalyb.	c		

	C	D	E
Depurat.	c		
Emeticum	c		
Tartariſ.	c		
Vitriol.		d	
Terebinthina	c		
Terra ſigillata	c		
Theriaca	c		
Tinctura Anodyn.	c		
Antim. Acid.	c		
Urinoſ.		d	
Bezoard.	c		
Corall.		d	
Lunæ		d	
Mart. Aper.	c		
Aſtr.	c		
Succin.	c		
Tart. Tart.		d	
V			
Viperæ		d	
Vitriolum	c		
Martis	c		

	C	D	E
Unicornu Fossile	c		
Unguent. Anodyn.	c		
Nervin.		d	
Nihili	c		
Purpur.	c		
Saturnin.	c		
comp.			e

Pharmacopœia LUDOVICIANA.

A

Acetum Bezoardicum.

℞ BAccar. Junip. exſiccat. ℥ij.
Myrrh. pulv. ℥ſs.
Aceti Vini, vel Pomacei.
℔j.

M. F. Infuſio : Filtretur, & imprægnetur Camphor ʒj. and ʒiſs. Loco Aceti, ſucco Citri parari poteſt. vel

℞ Fol. Rutæ ℔j.
Aceti ℔x. vel xij.

M. F. Infuſio

Doſ. Cochlear j. mane & Veſperi, pro præſervatione à Morbis Peſtilentialibus; ſed Hyſteri-

cis & Hypochondriacis non conveniunt.

Externè uſurpantur in Peſte, Syncope, & Lipothymiâ, & contra ſudorem nimium in febribus malignis & peſtilentialibus; applicentur cum linteis Naribus & pulſibus.

Acetum Deſtillatum.

Fiat hoc ex Veſicâ cupreâ cum Vitreo Alembico, & Recipiente magno, Igne leni.

Uſus ejus principalis eſt ſolvere, vel præcipitare corpora mineralia; adjicitur etiam potionibus cardiacis, & putredini reſiſtit. Si Aquâ miſceatur, Hæmorrhagias ſiſtit, internè ſumptum; & externè applicatum Inflammationes temperat.

Acetum

Acetum Scylliticum.

℞ Scyllæ inciſ. ℥iiij.
Aceti ℔ij.

M. F. Infuſio in vaſe clauſo per dies 40 radiis ſolaribus expoſito, coletur. Doſ. ℥ſs. ad ℥j.

Bonum eſt remedium in affectibus ſtomachi, & pectoris, à materia craſſa & tenaci ortis; ut in Tuſſi & Aſthmate Infantum. Sanguinem corrigit, & Humores craſſos incidit; ad Apepſiam Ventriculi valde confert.

Oxymel, & Lohoc, extemporaneâ mixturâ Mellis, Dulcorantium, & Pectoralium, pro libitu parari queant ex gr.

℞ Acet Scyllit ℥j.
Extr. Paſſul ℥ſs.

M. Pectorale eſt; Tuſſi & Aſthmati convenit.

Acetum Lithargyrites.

℞ Litharg. ℥iij.
Aceti ℥xij coque ad ℥viij.
Filtretur.

Pro faciei Rubore, & Puſtulis, &c. curandis cum Coſmeticis Magiſteriis, Nihilo, Mercurio dulci, Myrrhâ, & Oleoſis pro re natâ permiſcendum.

Cum Hoc Virgines ſub introitu lecti ſeſe lavent, & mane faciem cum ſero lactis abſtergant, pro Lentiginibus, Serpiginibus, & Aſperitate Cutis, item in ſcabie.

Æs Uſtum.

Eſt Caput mortuum Spiritûs ab Æruginis Chryſtallis deſtillati; ſed ſi Ærugo cum Sulphure deſtillatur, caput mortuum eſt deflagrandum & remanebit Æs uſtum.

Uſus eſt in Unguentis, Emplaſtris,

ſtris, &c. contra Ulcera. Hujus locum ſupplet ipſa Ærugo, ſi opus ſit, calcinata, & cum decocto mundificativo, vel Eſſentiis Veronicæ Scabioſæ, &c. dilutis, combinata, dat Remedium Aquæ Viridi ſimile.

Alumen Dulce.

Phlegma Aluminis per Retortam vitream ex Arena deſtillatum, cohobetur, & abſtrahatur à Remanentia in Retortâ ſexies vel ſepties; poſt ultimam abſtractionem Remanentia diſſolvetur in liquorem per deliquium loco frigido; tum deſtilla ad ſiccitatem è Cucurbit in cineribus locata, remanet Alumen dulce.

Antifebrile eſt ante paroxyſmum datum. Omnibus Pectoris morbis medetur: Gingivis applicatum Odontalgiam ſedat. Præſertim Uſus eſt ſingularis quando Pectus

Pectus metallicis Arsenicis aut Mercurialibus vaporibus est infarctum. Sitim Febrium fallit Dos. gr. v. ad xv.

Alumen Ustum.

Est Caput mortuum Aluminis per Retortam ex Arena destillati.

Adhibetur contra Vulnerum & Ulcerum Hypersarcosin.

Antimonium Diaphoreticum.

℞ Antimon. pulv. ʒ ij.
Nitri pulv. ʒ vj.

M. In Crucibulo detonentur & Aqua fontana edulcorentur.

Convenit in Febribus, Variolis, Pleuritide, Erysipelate, &c.; & in morbis Chronicis ab acido ortis; item in sanguine congrumato, & Casu ab alto. Dos. gr. vj. ad ʒs.

Antimonium Diaphoreticum Martiale.

In Patellà apertà exponatur Limatura Martis carbonibus ignitis, ut ea exactè candeſcat; hinc ſucceſſivè aſpergatur eidem Antimonii minutiſſimè pulveriſati āā; agitando ſemper materiam bacillo ferreo, ut ambo in ſcorias abeunt; ſcoriæ hæ calcinentur, et figantur cum triplo Nitri; ſic emergit pulvis obſcurus Aquâ edulcorandus. Doſ. ℈j. ad gr. xv. In Scabie, Ictero, Chachexia, &c.

Ex hâc Aquâ prodit Nitrum Antimoniatum Martiale.

Aqua Acaciæ.

Deſtillatur e floribus Acaciæ communi modo.

Refrigerat & Humectat; & in Julapiis loco omnium Splenetica-

rum

rum & Hepaticarum Aquarum adhiberi poſſit.

Aqua Apoplectica ſeu Cephalica.

℞ Spir. Lilii Conval. ℥iij.
Spicæ ſeu Lavend. ℥j.
M. Doſ. Cohcl. ſs. in Vehiculo. Convenit in Apoplexia, Paralyſi, &c.

Si Aquæ Apoplecticæ cum Aquâ quavis temperatâ ſi vis alteratæ permiſceatur vel ſp. cc. aut ſal Armon. vel Tinct. Caſtor, habebimus Aquam Epilepticam ejuſdem Virtutis cum Aqua Hyrundinum cum Caſtoreo.

Aqua Apoplectica Amara.

℞ Aq. Apoplect. ſuper ℥iij.
Acet. Rutac. ℥iſs.
Eſs. Caſtor. ʒij.
M. Doſ. ℥ſs. in Vehiculo, pro uſu Hyſterico & Epileptico.

Aqua

Aqua Anhaltina.

Fit inſtillando oleum Juniperi, Terebinthinæ, aut ſuccini Aquæ Apoplecticæ; vel ſerpilli Spirituoſæ.

Calfacit, ſiccat, diſcutit, Stomachum & Viſcera corroborat, hinc convenit in Animi deliquiis, & Affectibus uterinis. Externè contra Paralyſin, & Arthritidem vagam valet. Doſ. Cochl. ſs.

Aqua Articularis ad extra.

℞ Aq. Apoplect. ſuper ℔j.
Formicar. ʒj. vel ʒiſs.
M. & deſtilla. Uſus eſt præcipuus in Atrophia tam internè quam externè.

Aqua Caryophillorum.

Paratur è Caryophillis aromaticis

ticis ut Aqua Cinnamomi.

Cordiale eſt, & totum corpus roborat, imprimis Capiti & Utero dicatur, & Stomacho valde prodeſt. Doſ. ʒſs. ad ʒj.

Aqua Ceraſorum.

Paratur e Ceraſis nigris communi modo.

Temperata & Refrigerans eſt & uſurpatur pro vehiculo in Julepiis.

Aqua Chelidonii.

Deſtillatur verno tempore communi modo, ad uſum ophthalmicum.

Aqua Cinnamomi.

℞ Cinnam. opt. ℔j.
Spir. Vini com. ℔vj.
cum

macerentur & deſtillentur communi modo in Aquam mediocriter ſpirituoſam.

Inter confortantia primatum obtinet, adeoq; in Imbecillitate & defectu Virium, lipothymia & Syncope uſurpatur. Doſ. ʒj. vel ʒij.

Aqua Cordialis.

℞ Aq. Cinnam. opt. ℔ij.
Menthæ ſpirituoſ. ℔j.
Apoplect. ℔ſs.
M. Doſ. ʒſs. vel ʒj.

Aqua Fæniculi.

Paratur e ſemine Fæniculi contuſo in ſ. q. Aq. Font. infuſo & per Veſicam deſtillato.

Ophthalmica & carminativa eſt, Tuſſi & Aſthmati medetur.

Pro Pectoralis cujuſvis Tincturæ confectione; ſpir. Fænic. cum

ſpiritu Vini (eodem modo quo ſpiritus Cochleariæ paratur) factus, aſſumi poteſt.

Aqua Fragorum.

Paratur deſtillando Fraga contuſa per Veſicam vel Cucurbitam, additâ, vel omiſsâ octavâ ſpiritus Vini parte.

Refrigerat & Humectat, in Julapiis uſurpatur.

Aqua Fumariæ.

Deſtillatur cum tantillo Vini, vel cum aliquantulâ ſpiritus Vini particulâ (ut parte octavâ) communi modo.

Temperata eſt, & præſcribitur ut Vehiculum pro medicamentis diaphoreticis in Julapiis.

Aqua Hyſſopi.

Deſtillatur communi modo, ſexta, octava, aut decima ſpiritus Vini parte adjecta.

Pectoralis

Pectoralis eſt, & affectibus Pulmonum, ut Tuſſi, Aſthmati, &c. convenit. Ophthalmica etiam eſt.

Aqua Hyſterica.

℞ Herb. Meliſs. rec. Mx.
Salviæ
Rutæ
Lavend. āā Mj. vel ij.
Cinnam.
Caryoph.
Zedoar āā ʒj. vel ʒij.
Spir. Vini. q. v.

Macerentur, & per veſicam deſtillentur ut F. Aqua mediocriter ſpirituoſa. Dimidio cujus infundendum eſt Caſtoreum, vel ejus eſſentia inſtillanda.

In Hyſtericis paſſionibus convenit. Doſ. ʒſs. ad ʒj. vel miſceatur cum aliis Antihyſtericis in Julapiis, loco Aquæ Bryoniæ compoſitæ officinarum.

Aqua Majoranæ.

Deſtillatur ut Aqua Hyſſopi.

Convenit in affectibus capitis, Paralyſi, Apoplexiâ, Vertigine, &c. & in Coryzâ ſi attrahatur in nares.

Aqua Meliſſæ.

Deſtillatur ut Aqua Hyſſopi.

In Febribus malignis, & in Palpitatione cordis, Lipothymia & Syncope convenit, tam interne, quam externe pulſibus, vel regioni cordis applicata.

Aqua Menthæ.

Deſtillatur ut Aqua Hyſſopi vel ſolitariè, vel adjectâ aliqua parte Radicis Galangæ.

Convenit in affectibus Ventriculi, & inteſtinorum; & pro vehiculo

hiculo inſervit aliis medicamentis in Vomitu, Ructu, &c.

Aqua Moſchata.

℞ Aq. Cinnam.
Roſar. āā ℔j.
Apoplect. ℥iiij.
in qua ſuſpende
Moſch. gr. vj.
M.

Genus nervoſum corroborat, uſurpatur in Aquis cordialibus ac cephalicis. Doſ. ℥ſs. ad ℥j.

Aqua Plantaginis.

Deſtillatur e Julis floridis Plantaginis communi modo.

Refrigerat, & in Hæmorrhagiis convenit.

Aqua Pulegii.

Deſtillatur ut Aqua Hyſſopi.

Carminativa, Stomachica & Nervina eſt, & dari poteſt gravidis; quamvis ſolet uſurpari ad ciendos menſes, peculiarem enim expulſivam vim non habet. Uſurpari poteſt pro Veliculo aliorum Medicamentorum, vel in Julapiis.

Aqua Roſarum.

Deſtillatur ex Hortenſibus quibuſvis parabilioribus, ſine additione Aquæ, communi modo.

Refrigerat, & leniter aſtringit.

Aqua Spermatis Ranarum.

Deſtillatur e ſpermate Ranarum poſt Aquam Paluſtrem debite ſecretam communi modo.

Valet contra Inflammationes Oculorum loco Collyrii, & contra Anginam in Gargariſmatibus. Egregium eſt coſmeticum, imprimis

primis ſi miſceatur cum tantillo Camphoræ, in Gutta Roſacea, &c. Refrigerat & Hæmorrhagias ſiſtit interne uſurpata.

Arcanum Duplicatum.

Elicitur ex capite mortuo Aquæ Fortis probe exuſto, in Aquâ calida ſoluto, filtrato, & exhalato.

Vel fit inſtillando liquorem Nitri fixi ſeu alcaliſati, aut ſalis Tartari cum Nitro parati, in ſolutionem Vitrioli, & ſal hinc coagulatum in Crucibulo fundendo.

Egregii eſt uſus in quavis Febre intermittente, & in Affectibus melancholicis, Calculo, Scorbuto, præſertim in omnibus Lymphæ Abundantiis præſentaneum eſt Remedium. Doſ. ℈j. ad ℈ij.

B

Balſamum Apoplecticum.

℞ Ol. deſtil. Caryoph.
Majoran. āā ʒij.
Lign. Rhod. ʒj.
Lavendul. vel
Roriſmar. ʒſs.
Cinnam. ℈ſs.
Nuc. Moſch. expr. ʒij.

M. F. Balſ. cum ſ. q. CC uſto nigro tingi poteſt.

Confortat caput, & frigidos humores diſcutit. In Apoplexia, Syncope, Paralyſi & ſimilibus convenit naribus inditus.

Balſamum Sulphuris ad Extra.

℞ Sulph. crud. pulv. ʒij.
Ol. Hyoſciam. vel
Papav. vel
Amygdal. ʒx.

Coque

Coque leni igne (continue agitando) ad conſiſtentiam Balſami; Camphorà pro libitu poſtmodum alterari poteſt. In Mammarum affectibus, & vulneribus recentibus egregium, & ad Ulcera omnia efficaciſſimum.

℞ Balſ. Sulph. hujus
Ol. Hyper. āā ʒi.
Tereb. ʒi. ad ʒij.
M. F. Balſamum Vulnerarium.

Balſamum Sulphuris Terebinthinatum.

℞ Sulph. crud. pulv. vel
Hepat. Sulph. ʒi.
Ol. Terebinth. (Aliquota Olei Fæniculi aut Aniſi parte ſi vis alterati.)
ʒv. vel ʒvi. Digere ad ſolutionem pro libitu Camphorandum.

In Phthiſi, Nephritide, Obſtructione Menſium & Torminibus convenit. Doſ. gtt. viij. ad xij.

Fiat Hepar ſulphuris majore proportione quam āā ſalis Tartari: e. g. ex ſulph. ʒi. ſal. Tart. ʒx. vel ʒiſs.

Q. An Balſamum ſulphuris cum Oleo quodam temperato (ut Amygdalino) non melius conveniat Phthiſicis quam cum Oleo Terebinthinæ aut Aniſi paratum?

Bezoardicum Joviale.

℞ Bezoard. Min. ʒij.
Sudorif. Max. ʒi.
M. F. Pulv. Doſ. ʒſs. ſudores movet, vel ejus loco uſurpari poteſt ſudoriferum maximum ſolum.

Bezoardicum Lunare.

℞ Bezoar. Min. ʒij.
Magiſt. Lunæ vel
Cinnab. Antim. vel
Nativ. ʒi.

M.

M. Doſ. ℈ſs. In malignis & convulſivis morbis inſigne anodynum & ſudoriferum habetur eſſe remedium.

Bezoardicum Minerale.

℞. Butyr. Antim. ℔i.

Spir. Nitri qſ. ad totalem Butyri ſolutionem. Hinc in Arena Spiritus Nitri abſtrahatur ad ſiccitatem: Hujus Spiritus Nitri Affuſio, & diſtillatio, tribus repetenda eſt vicibus cum novo Spiritu Nitri, augendo ignem ultimò quoad omnes Spiritus fuerint expulſi. Maſſa reſidua Crucibulo immiſſa per horam unam igne aperto leviter calcinetur.

Aliter.

Abſtrahe per arenam a Mercurio vitæ communi, ſextuplum boni Spiritus Nitri ad perfectam ſiccitatem. Hic

Hic pulvis poſt finitum ſudorem aliquando vomitum movet, ſed citra notabilem commotionem, effectu in quam plurimis (ubi circa præcordia, vel ventriculi Orificia quidpiam exitum merebatur) percommodo.

Si Spiritus affuſus fortiter abſtrahatur, non amplius ignien-dum erit; ſin autem pulvis remanens adhuc acidus fuerit, is denuo in crucibulo calcinandus erit.

Aliter.

A Croco Metallorum boni Spiritus Nitri ſextuplum ad ſiccitatem ex Arenâ abſtrahatur.

Pulvis hic elegans, priori ponderoſior, ſecuriſſimus & eximiè diaphoreticus eſt.

Aliter.

Sulphur Antimonii auratum (aliudve

(aliudve quodvis ſimile) abſtractione ſimili ſextupli Spiritus Nitri in pulverem albiſſimum fixum eſt.

Hi pulveres ad ℈ſs. vel per ſe vel cum Cervinis exhibiti, ſudorem egregiè movent.

Butyrum Antimonij.

℞. Antim. crud. pulv.
Merc. ſubl. pulv. āā q. v.
M. & deſtillentur ex Arenâ per Retortam vitream.

Unâ eademque operâ multa parerga fundit intus utiliſſima, ſcilicet Cinnabarim, Spiritum Vitrioli Philoſophicum, Mercurium puriſſimum, Mercurium Vitæ, in Bezoardicum minerale, Vitrum, Regulumve commode redigendum.

Butyrum hoc Cauſticum eſt. Si pars gangrænoſa, vel Carbunculus Peſtilentialis hòc circumlinatur, non ulterius putredo ſerpit.

In

In calamo cavo tantillum Butyri Antimonij apponitur parti in quâ excitandæ ſunt Fontanellæ.

C

Cinnabaris Antimonij.

Eſt Parergon Butyri Antimonij, & Antimonij crudi, Mercurij ſublimatique āā ℔j. ad tres quatuorve uncias habetur, modo Ignis non ſit nimis intenſus, ſed tantummodo continuus, Retortæque collum longius. Doſ. ℈ſs. ad gr. xv.

Aliter.

℞. Sulph. Antimon. ʒviij.
Merc. vivi purif. ʒxvi.

Ex his miſtis F. ſublimatio & acquires Cinnabarim Antimonij, per duo inverſa crucibula rectificandum

candum. Doſ. ℈ſs. ad gr. xv Virtutes habet Cinnabaris Nativæ.

Cinnabaris Nativa.

Præparatur per Trituram & Elutriationem: Cinnabari Antimonij non eſt inferior. In Epilepſia, (etiam recens Natorum) Hyſterica Paſſione, Colica, Vertigine, Arthritide Vaga, Aliarumque Nervoſarum partium doloribus, in cutaneis affectibus, vitiis Phantaſiæ, & in Morbillis, Petechiis, &c. plurimum confert. Doſ. ℈ſs. ad ℈j.

Colophonia.

Eſt Caput mortuum Terebinthinæ per veſicam deſtillatæ.

Interne ſupplet locum Terebinthinæ coctæ. Externe uſurpatur in Emplaſtris loco Reſinæ.

Colcothar

Colcothar Vitrioli.

Eſt Caput mortuum Spiritus Æruginis.

Externe locum invenit in Ulceribus, vel forma Pulveris, vel cum linimentis aut Emplaſtris miſtum: Sufficitque hoc, loco omnium Crocorum adſtringentium.

℞. Colcoth. Vitriol.
Terræ ſigil. āā gr

Hæc albumine ovi miſta applicentur vulneri Arteriæ, aliiſve Hæmorrhagiis.

Concharum Oblongarum Præparatio.

Eſt Pulvis earum non calcinatarum in Aqua Fontanâ elotarum. In Febribus, præſertim tertianis, in præfocationibus præcordialibus, in morbis fluidis, & Stomachi

chi inteſtinorumque acoribus egregium eſt medicamentum.

Uſum Perlarum in quovis morbo ſupplet.

Uſurpatur vel ſola vel cum Cinnaberinis, Coralliis, Martialibus aut Cancrinis miſta. Doſ. ʒ ſs.

Loco harum uſurpari poſſunt domunculæ cochlearum noſtrarum.

Conſerva Roſarum.

Paratur e Rubris quibuſlibet, & in defectu earum ex albis vel incarnatis; cum ſaccharo, communi modo.

Tuſſim, Diarrhæam, Vomitum & Hæmorrhagias ſedat. Doſ. ʒj. ad ʒiij.

Corallia.

Præparantur tantùm levigatione ut F. Pulv. ſubtiliſſimus. Doſ. ϑj. ad ϑij. San-

Sanguinem depurant, quia abſorbent ſalia vitioſa ſanguinis craſin inquinantia; Hæmorrhagias & Fluxus ſiſtunt.

Abſorbentia ferè prima ſunt. In Hypochondriorum vel etiam Regionum Hypogaſterij permultis vitiis, plane polychreſta; ſive per ſe, ſive cum Cinnabarinis, Martialibus, Anodyniſque prò circumſtantiarum ratione ſociata dentur.

Sed in Lactantibus, erraticè febricitantibus, in progreſſu morbi; minùs quam Concharum, Oculorum Cancrorum, aut Terræ ſigillatæ pulvis, quadrare deprehenduntur.

Cornu Cervi Philoſophice Calcinatum.

Paratur vulgari ſolum coctione in Aquâ communi. Doſ. ℈j.

Vires

Vires habet Alexipharmacas, ſudorem ciet, & in morbis malignis convenit.

Aqua hujus decoctionis evaporatione concreſcit in Gelatinam.

Cornu Cervi Uſtum.

Eſt Caput mortuum Spiritus Cornu Cervi leviter calcinatum.

Ex hoc in Aquâ cocto fit decoctum album ad Febres & Vermes Infantum utile.

Crocus Martis Aſtringens.

Fit è candentis Ferri batiturâ in Crucibulo ad Rubedinem calcinatâ. Vel promptiùs parari poſſit ſi pulvis rubicans ferramentis Furnorum (ubi per longum tempus laboratum fuerit) adhærens, pede leporino abſtergatur: qui eſt verus Crocus Martis.

Siccat,

Siccat, & aſtringit, confert ad Dyſenteriam, Hæmorrhagias, &c. Doſ. gr. xv. ad ʒj.

Crocus Martis Aperitivus Calcinatione fit Aſtringens.

Crocus Martis Aperitivus.

℞. Limat. Mart.
Sulph. pulv. āā q. v.

Quæ miſta in Crucibulo incendantur, & poſtmodum pulveriſentur.

Sanguinem purificat, Hyſtericis Hypochondriacis & Scorbuticis convenit. Doſ. ℈ſs. ad ℈i. vel ʒſs.

Limatura Martis cruda in præfocationibus, Præcordialibus, & Symptomatibus à poſitivâ humorali Cauſa (non à debilitate Ventriculi) ortis, ad ℈i. vel ℈ij. ſat reſolubilis eſt, & Vitriolo Martis, aut Crocis omnibus, & Tincturis in renitentiori malo præſtantior, ſi

ſub

ſub duplo Coralliorum, Oculorum Cancrorum, vel ſimilium præcipitantium miſceatur, interpoſitis ſemel vel bis in Septimanâ Pillulis Aloeticis.

Crocus Metallorum.

℞ Antim. pulv.
Nitri pulv. āā q. v.

Deflagrentur in Crucibulo, vel in Retortâ tubulatâ.

Florum & Vitri Vices in Extractionibus, aliiſque chymicis laboribus ſat commodè ſupplet: Opthalmicis aliiſque chirurgicis Topicis non inutilis, & Nitrum fixum quaſi gratis ſuppeditat.

E

Elixir Proprietatis cum Acido.

℞ Myrrh.
Aloes āā ʒi.
Croci ʒſs.

Spir.

Spir. Vini cum ſ. q. Spir.
Vitrioli acuati ℥x.
M. Digere & filtra.

Stomachum corrigit, lumbricos enecat, pellit menſes & ſecundinas. In Affectibus Pectoris ut Pleuritide, Peripneumoniâ & Tuſſi, & in Ulceribus & Vulneribus partium internarum convenit. Doſ. ℈i. ad ℈ij.

Externe uſurpatur in Ulceribus, & Vulneribus ſordidis, & putridis, inſtilletur, aut cum Unguentis applicetur.

Elixir Proprietatis ſine Acido.

℞ Myrrh.
Aloes āā ℈i.
Croci ℥ ſs.
Terræ foliat. Tart. ℥i.
vel ℥ij.

Terantur invicem probè in mortareo, tum adde ſpir. vini ℥ xij. Digere & Filtra. Doſ. ʒſs.

Aliqua-

Aliquatenùs inſpiſſetur. Habet virtutes prioris, & eis convenit, qui acidum non ferunt.

Elixir Uterinum.

℞ Tinct. ſuccin.
Eſſent. Caſtor. āā ʒi.
Camph. ʒſs. M.
Convenit in Affectibus Hyſtericis. Doſ. gtt. 20 ad 25.

Emplaſtrum Arſenicale.

℞ Gum. Galb. ʒiiijſs.
Lapid. Arſenic. ʒiſs.
Terebinth. opt.
Ceræ āā ʒij.
Ol. Succin. ʒi.
Colcothar Vitrioli ʒſs.
M. F. Emp.
Egregium eſſe habetur applicatum Parotibus, pone Aures in Febribus malignis erumpentibus, & Bubonibus Peſtilentialibus. Ulcera

cera ſordida mundificat & detergit.

Emplaſtrum Catagmaticum.

℞ Litharg.
Ceræ.
Coloph. āā ℥vi.
his liquefactis adde
Terebinth. ℥ij.
Myrrh.
Colcoth. Vitriol.
Succin.
Sang. Dracon. āā ℥i.
Olei q. ſ.
M. F. Emp. Contra Fracturas.

Emplaſtrum Diaſulphuris.

℞ Balſ. Sulph. ad extr. ℥iij.
Ceræ ℥i.
Colophon. ℥ſs.
Liquatis adde Myrrh.
Terebinth. āā. q. ſ.
M. F. Emp. Molle.

Ulcera

Ulcera & Vulnera ſanat, & Virtutes habet ſequentis.

Emp. Diaſulphuris Diaphoreticum.

℞ Picis ſutoriæ q. ſ. Liquefacta inſpergenda eſt eidem ſulphur commune pulveriſatum. F. Emp.

Hæc Emplaſtra uſurpari poſſunt loco omnium Emplaſtrorum Nervinorum, Reſolventium, Arthriticorum, Iſchiaticorum, *&c.*

Fit aliud Emplaſtrum Diaphoreticum ſequenti modo.

℞ Coloph. pulv. ℥ij. vel ℥iij. cui ſuper ignem liquefactæ inſpergatur ſenſim ſuccinum minutiſſime pulveriſatum. ℥i. & cum paucâ Cerâ & Terebinthinâ. F. Emp.

Emplaſtrum de Hyoſciamo.

℞ Succi Hyoſciami ad conſiſtentiam mellis inſpiſſati q. v. huic calefacto adde Ol. ſem. Hyo-

ſciam. expr. hinc invicem benè agitatis, ſub finem adde ceræ & Tereb. q. ſ. F. Emp.

Anodynum & Spleneticum eſt, Tumores duros reſolvit, Vices ſupplet Emplaſtri de Meliloto, vel ſolitarie, vel cum aliis reſolventibus miſtum.

Emplaſtrum Matricale.

℞ Galb. Colat. ʒʃs.
Caſtor. Pulv. ℈i. ad ʒʃs.
Ol. Succin. gtt. ij. vel iij.

M. F. Emp. In Hyſterica paſſione, Vertigine, &c. Umbilico adhibendum.

Emplaſtrum Saturninum.

℞ Litharg. ℔i.
Aceti
Olei āā ʒxij.
Ceræ ℔ʃs.

Coque

Coque in consistentiam Emp. Addi potest vel Myrrha, vel Camphora.

Siccat, & cicatrisat, usurpatur etiam ad Ulcera antiqua & corrosiva, imprimis Tibiarum & Partium Nervosarum.

Aliter.

℞ Olei Oliv.
Litharg. āā ℔xij.

Coque invicem ad debitam consistentiam spissam, & donec nonnihil obscurum colorem contrahant, hinc successive interea aspergantur Aloes.

Myrrh. āā ʒij.

Liquefactis omnibus adde

Sevi
Ceræ flavæ āā ʒiij.

postea ab igne remove & adjice

Camph. (in ol. Hyper. Solut.) ʒss. M. F. Emp. pro vulneribus & Ulceribus egregium.

Emplaſtrum Stiſticum.

℞ Sang. Dracon.
Colcoth. Vitriol. vel
Croc. Mart. Aſtr. āā ʒi.
Galban.
Myrrh.
Aloes āā ʒiſs.
Ceræ &
Terebinth. q. ſ.
M. F. Emp.
Contra Vulnera & Ulcera valet: Digerit, mundificat, cicatriſat, &c.

Emplaſtrum Stomachicum.

℞ Ol. Nuc. Moſch. expr. ʒiſs.
Maſtich. pulv. ʒiſs.
Myrrh.
Thuris.
Rad. zedoar. pulv.
Bacc. Lauri pulv. āā ʒi.
Camph. ʒiſs.

Ol.

Ol. Menth.
Junip. āā ℈ij.
Caryoph. ℈j.
Terebinth. ʒx.
Olei q. ſ.
F. Emp. Contra Vomitum, Nauſeam, &c.

Emplaſtrum Veſicatorium.

℞ Canthar. pulv.
Ceræ
Olei āā q. v.
Cum pauco Terebinth. F. Emp.

In doloribus à Colluvie ſerosâ, in Corpore & Artubus ſubortis uſitatiſſimum: ob citam operationem, fonticulis, aut ſetaceis; & ob ſenſibilem evacuationem omnibus frictionibus, cum Aquis Catarrhalibus, aut Nervinis ſpirituoſis, Armoniacalibus, aut Oleis, Linimentiſve reſolventibus præſentius: præſertim ſi pro Neceſſitatis ratione, ſucceſſivus humorum

morum fluor per dies aliquot ſollicitandus, ejus quarta vel quinta pars cum Emplaſtro Saturnino (vel ſi locus pruriat cum Emplaſtro de Hyoſciamo) miſta, applicetur.

Emulſiones Purgantes Extemporaneæ.

℞ Scammon ℈ſs. ad gr. xij.
Aq. Roſar. ℥ſs.
Cinnam. ʒij.
Diſſolvatur in mortareo lapideo, & poſt reſidentiam, filtretur liquor, pro doſi. Vel
℞ Reſin. Scammon. vel
Jalap. gr. vij. ad ℈ſs.
Aq. Roſar. vel
Acaciæ ℥i.
Amygd. dulc. excort. n ij. vel iij.
M. F. Emulſ. cum ſaccharo ſi vis edulcoranda pro unâ doſi. vel
℞ Reſin. Jalap. vel
Scammon ℈ſs.

Vitel.

Vitel. Ov. ʒij.
Sacchar. ʒi.
Aq. Roſar. ℥i.
Cinnam. ʒij.
M. F. Emulſ. pro doſi. vel

℞ Jalap. pulv. gr. xv. ad. xx.
Reſin. Jalap. gr. v. ad. vij.
Succi Ceraſ. comp. ʒij. vel ʒiij. Aq. Roſar.
Acaciæ āā ʒvi.
Sacchar. ʒi. ad. ʒiſs.
M. F. Emulſio pro doſi.

Eſſentia Abſynthij.

℞ Extr. Abſynth. ℥i.
Spir. Abſynth. ℥viij.
Sal. Abſynth. vel
Nitri Fixi ʒij.
M. Digere & filtra: tum ſi placet addi poſſunt Olei Abſynthij Guttæ aliquot.

In Affectibus Stomachi & in Febribus intermittentibus eſt egregia

egregia. Dos. gtt. xv. ad. xx. in vehiculo.

Cum extracto quodam Aperitivo aut Tinctura Martis mista, supplet vices Tincturæ Antiscorbuticæ, Aperitivæ, aut Antihypochondriacæ.

Essentia Angelicæ.

℞ Extr. Angel. ʒi.
Spir. Vini ʒvi.
M. Digere & Filtra.

Est Aromatica & Carminativa, & in Morbis malignis & suffocatione uterinâ convenit. Dos. gtt. xx. ad xxx.

Essentia Camphoræ.

℞ Camph. ʒi.
Spir. Vini Tartar. ʒiij.
M.

Alexipharmaca, Hysterica, & Sudorifera est. Dos. gtt. x. ad xv.

Aquis

Aquis Spirituoſis, hyſtericis, Spiritibus Theriacalibus & Nervinis miſcetur.

Et vel ſolitariè vel cum aliis miſta externè in defluxionibus adhibetur.

Eſſentia Caſtorei.

℞ Caſtor. ʒiſs.
Sal. Tartar. vel
Nitri fixi ʒij. vel ʒiij.
Spir. Vini ℥xij.
M. Digere & filtra.

In Colicâ, & Hyſtericâ paſſione convenit; menſes & ſecundina promovet, & in affectibus nervorum, & Capitis, imprimis in affectibus ſomnolentis, & ſoporoſis utilis eſt. Doſ. gtt. xx.

Eſſentia Cochleariæ.

℞ Succi Cochleariæ in conſiſtentiam Mellis leni igne redacti ʒi.

Spir.

Spir. Cochlear. ℥viij.
Sal. Tart. ℥ij.
M. Digere & filtra.

Antiſcorbutica, Antihypochondriaca, & Cachectica eſt. Doſ. gtt. xx. ad xxx.

Eſſentia Enulæ.

℞ Rad. Enul. ℥iv.
Nitr. fixi ℥ſs. vel
Sal. Tart. ℥ſs.
Aq. ſimplic. q. ſ. F. Decoct.

Evaporetur in Baln. Vapor. ad conſiſtentiam extracti.

℞ Hujus Extracti ℥i.
Spir. Vini ℥vi.
M. Digere & filtra.

Doſ. gtt. x. ad. xx. in vino vel alio liquore appropriato; in Tuſſi, Aſthmate, Colica, &c. egregie etiam ad Stomachum confert.

Eſſentia

Eſſentia Maſtiches.

℞ Maſtich. pulv. ℥iſs.
Sal. Tart. ʒij.
Spir. Vini ℥xij.
M. Digere & filtra.

Stomachica eſt, & in Vomitu & Diarrhæâ convenit. Doſ. gtt. xv. ad xx.

Eſſentia Myrrhæ.

℞ Myrrh. pulv. ℥j.
Sal. Tart. vel
Nitri Fixi ʒij.
Spir. Vini ℥viij.
M. Digere, & Filtra.

In Febribus malignis, Variolis, Morbillis, Hyſterica Paſſione & Catarrhis convenit. Doſ. gtt. xx. ad xxx.

Externe Vulnera & Ulcera mundificat.

Eſſentia

Essentia Nicotianæ.

℞ Fol. Nicot. ℥viij.
Sal. Tart. vel
Nitri Fixi ℥j.
Aq. Font. q.s.

M. F. Infus. & Decoct. tum coletur & inspissetur ad consistentiam extracti.

℞ Hujus Extracti ℥ij.
Spir. Vini ℥xij.
M. Digere & Filtra.

F. Essentia, quæ ad Syrupalem consistentiam est inspissanda.

Errhinis, Lavamentis, & Unguentis inservit. In Affectibus cutaneis, & ad Scabiem, Ulcera sordida & contra Pediculos usurpatur. Misceri etiam potest cum Medicamentis Apophlegmatizantibus.

Essentia

Eſſentia Paſſularum.

℞ Paſſul. Major. & Minor.
āā q. v.
Aq. Font. q. ſ. F. Decoct.
Coletur cum expreſſione, & evaporetur in Balneo in Conſiſtentiam Mellis. Adjecta parte Caricarum erit Eſſentia Paſſularum compoſita.

Pectoralis eſt, & in Tuſſi aut Raucedine, loco Syrupi Pectoralis ullius adhiberi poſſit vel per ſe, vel cum aliis miſta. Doſ. ʒj.

Eſſentia Roſarum.

℞ Roſ. Rubr. vel
Albar. recent. vel ſiccat.
q. v.
F. Infuſ. in ſ.q. Aq. Font. calent. exprimatur. Expreſſio clarificata per Balneum Vaporis evaporetur ad conſiſtentiam mellis,

adde Sacchari q. ſ. F. Eſſentia, vel potius extractum.

Si ſit e Roſis Rubris, poſſit cum Aquis appropriatis miſta uſurpari loco Tincturæ Roſarum. Si cum melle miſceatur, ſit mel Roſarum.

Supplet locum Syrupi e Roſis ſiccis, vel Conſervæ Roſarum. Aſtringit, & in Vomitu, Phthiſi, Fluxu alvi, & Hæmophthyſi convenit. Doſ. ʒj.

Ubi eſt Caryophillorum hortenſium copia, miſceantur cum Roſis pro Eſſentia præparanda.

Eſſentia Satyrii.

℞ Rad. Satyr. vel q. v.

Extrahe Eſſentiam c. ſ. q. Spir. Vini, redige in conſiſtentiam Mellis, adde ſacchar. q. ſ.

Analeptica et confortativa eſt, & in debilitate, & proſtratione Virium convenit; Ad Venerem ſtimu-

ſtimulare creditur. Datur vel per ſe ad ʒj. vel cum aliis corroborantibus miſta.

Eſſentia Saturni.

Diſſolve Ceruſſam in Spiritu Æruginis; ſolutionem cum ſ. q. Spiritus Vini dilue.

Acidum corrigit; Efferveſcentias & Phlogoſes Corporis ſubitaneas compeſcit. In Mania & Melancholia convenit; ſed ſtomachis tantum robuſtioribus. Doſ. gtt. x. ad xv.

℞ Eſs. Saturn.
Tinct. Mart. Aper. āā ʒj.
M. Supplere poteſt locum Tinct. Antiphthiſicæ.

Eſſentia Stomachica Compoſita.

℞ Herb. Abſinth.
Cent. Min.
Rad. Gentian. āā q. v.
coq.

coq. in ſ. q. Aq. com. Decoctum expreſſum inſpiſſetur in conſiſtentiam extracti.

℞ Extr. Hujus ℥ij.
Sal. Abſinth. ℥ſs.
Spir. Abſinth. ℥xvj.
M. Digere & Filtra.

In omnibus Stomachi vitiis convenit. Doſ. gtt. xx. ad xxx.

Eſſentia Violarum.

℞ Flor. Violar. recent. vel ſiccat. q. v. F. Infuſ. in ſ. q. Aq. Font. calentis. Exprimatur; Expreſſio clarificata per Balneum Vaporis evaporetur ad conſiſtentiam Mellis; adde Sacchari q. ſ. F. Eſſentia.

Supplet locum Syrupi & Conſervæ Violarum; & cum Aquis appropriatis diluta, fit Tinctura Violarum in Febribus utilis.

Laxat leniter. In tuſſi & Aſperitate faucium & Gulæ convenit. Doſ. ℥j. *Ex-*

Extractum Abſinthii.

℞ Herb. Abſinth. q. v.
Aq. com. q. ſ.

F. Decoct. & poſt expreſſionem inſpiſſetur ad conſiſtentiam Mellis. Cum Abſinthio aſſociari poſſit Centaurium minus pro parando extracto: vel Pars Extracti quod in Eſſentiæ Stomachicæ compoſitæ præparatione paratur, uſurpetur loco extracti Abſinthii.

Ad extractiones parandas ſufficiant Aqua ſimplex, & Spiritus Ardens; ſiccioribus vegetabilibus octupla, levioribus floribus herbiſque nonnullis decupla, ad ſummum duodecupla affuſa.

Extractum Acori.

℞ Rad. Acor. inciſ. ℥ iijſs.
Aq. Font. ℔ ij.

F. Decoct. poſt expreſſionem inſpiſſetur ad conſiſtentiam Mellis liquidioris: adde Sacchari q. v.

N. Acorus, eſt Calamus aromaticus officinarum.

In affectibus Stomachicis & Uterinis, ut in Appetitu dejecto, & Paſſione Hyſtericâ, item in morbis chronicis convenit. Doſ. ʒſs. ad ʒj.

Extractum Alkekengi.

℞ Bacc. Alkekeng. ſicc. ℥iij.
Aq. Font. ℥xxiiij.

F. Decoctum. Exprimatur & inſpiſſetur ad conſiſtentiam Mellis.

Adhibetur in Affectibus Renum ut Ulceribus, & Urinæ ſuppreſſione, & in calculo tam præſervando quam pellendo. Doſ. ʒſs. ad ℥j.

Ubi non datur Copia Baccarum Alkekengi, extracti hujus loco

loco uſurpari poteſt Extractum Hederæ Terreſtris.

Extractum Aloes.

℞ Aloes Succotrin. ℥ ij.
Aq. Fontan. ℥ xvi. vel ℥ xx.

Infuſione, & coctione diſſolve & filtra, & in Balneo Vaporis ad Pilularem conſiſtentiam exhala. Doſ. ℈ ſs. ad ℈ j. Uſurpari poſſit loco Aloes Roſat. vel Violat. pro laxativo in Hypochondriacis, vel per ſe vel cum Tartaro Tartariſato, aliiſve miſtum. Vermes enecat.

℞ Extr. Aloes gr. vi. ad xij.
Eſs. Stomach. comp. gtt. xx.
Tirut. Tart. Tartar. gtt. xxx.
Vini Xeroenſ. ℥ iij vel ℥ iiij.
M. F. Hauſtus, pro doſi vel

℞ Extr. Aloes gr. vj. ad ℈ ſs.
Sal. Tart. vel

Terræ fol. Tart. gr. ij. vel iij.
Diſſolve in Aq. Cinnam. ℥ ſs.
M. F. Hauſtus, pro doſi.
Locum Tincturæ ſacræ ſupplere poſſunt.

Extractum Anagallidis.

Paratur ex Anagallide flore Phœniceo Ceruleove, ut extractum Abſinthii. Loco hujus adhiberi poteſt extractum Verbenæ eodem modo paratum.

Nervinum eſt & Reſolvens; Convenit in Mania & Melancholia, & Morſu Canis rabidi, item in Hæmorrhagiis, & fluxibus Menſium nimiis; eſt enim ſubaſtringens. Doſ. ℥ ſs. ad ℥ j.

Extractum Angelicæ.

℞ Rad. Angel. ℥ iiij.
Nitri Fixi vel

Sal.

Sal. Tart. ʒſs.
Aq. Font. ℔iij.

Poſt Infuſionem, ebulliant ad Extractionem, deinde colentur, & inſpiſſentur in Balneo Vaporis.

In Morbis malignis Alexipharmacum & diaphoreticum eſt: Flatus etiam diſcutit. Doſ. ℈j. ad ʒſs.

Extractum Bellidis.

℞ Fol. Bellid. Minor. (vel ejus loco Fol. Trifol. Nobil.) ʒiij. Aq. Font. ℔ij.

F. Decoct. Coletur cum Expreſſione, & inſpiſſetur ad conſiſtentiam Mellis liquidioris, adde ſacchar. q. V.

Uſurpari poſſit in Decoctis aut Julapiis temperatis. Hepaticum & Spleneticum eſt, & in Febribus convenit, Aquis appropriatis miſtum. Doſ. ʒj. ad ʒij.

Extractum Colocynthidis.

℞ Pulp. Colocynth. ℥ij.
Sal. Tart. vel Tart. Tartar.
℥j. Aq. Font. ℔ij.

Poſt ebullitionem, Filtretur & inſpiſſetur. Hujus grana iij. vel iiij. aliis purgantibus addenda ſunt.

Extractum Croci.

℞ Croci ℥j.
Aq. Fontan. ℥xij.

F. Infuſio. Filtretur, & evaporetur in Conſiſtentiam extracti.

Cordiale, anodynum, & Uterinum eſt; fætum & Menſes pellit. Convenit etiam in Aſthmate, Syncope, Lethargo, & affectibus Melancholicis. Doſ. gr. iij. ad v.

Extractum Diaphoreticum.

℞ Ingred. pro Theriaca Ludovic. ſine Melle & Opio. ℥ij.
Spir. Vini ℥xvj.

M. Digere & Filtra; & in Conſiſtentiam Extracti evapora. Doſ. ℈j. ad ℥ſs. Virtutes habet Theriacæ. Cum Antimoniatis, Opiatis, Cinnaberinis, ſalibus volatilibus &c. pro re natâ miſcendum.

Extractum Fumariæ.

℞ Herb. Fumar. q. v.
Aq. com. q. ſ.

F. Decoct. & poſt expreſſionem inſpiſſetur ad conſiſtentiam Mellis. Si addatur Saccharum ſupplet locum Conſervæ vel Syrupi Fumariæ.

Hypochondriacis, Scorbuticis,

cis, & Spleneticis convenit. Doſ. ʒſs. ad ʒj.

Extractum Glycyrrhizæ.

℞ Succi Glycyrrh. Officin. ʒij. Aq. Font. ℔j.

F. Decoct. vel Infuſ. & in Extractum melliforme inſpiſſetur. vel

℞ Succi e Radic. Glycyrrhizæ recèns extracti q. v.

Coctione in extractum melliforme redige; & adde Sacchar. q. ſ.

Pectorale eſt, & contra Tuſſim, Raucedinem &c. adhibetur; ſenſim deglutiendum.

Extractum Hellebori.

℞ Radic. Helleb. nigr. pulv. (quod fortius eſt) vel Folior. Helleb. nigri. (quod mitius) ʒij.

Sal.

Sal. Tartar. ℥j.
Aquæ Fontan. ℔ij.

Poſt Coctionem filtretur & inſpiſſetur. Doſ. ℈ſs. ad gr. xv. fortiter purgat. In morbis Chronicis, Hypochondriacis & Melancholicis uſurpatur.

Extractum Hederæ Terreſtris.

℞ Folior. Hede. Terreſt. ſicc. ℥iij. Aq. Font. ℔ij.

F. Decoctum. in conſiſtentiam extracti poſt colaturam evaporandum, & cum ſacchari q. ſ. miſcendum. Syrupi Conſervæq; vicem ſupplet.

Vires habet pectorales, & Antiphthiſicas, ad ſputum ſanguinis, Phthiſin, Mictum cruentum, & ad ulcera Renum vel Veſicæ valet. Diureticum etiam eſt & loco Extracti Alkekengi uſurpari poteſt.

Ex-

Extractum Hyperici.

℞ Summit. Hyper. Inciſ. & contuſ. ℥ vj.
Aq. Font. ℔iiij.

F. Decoctum. Colatura inſpiſſetur ad conſiſtentiam Mellis liquidioris, adde ſacchari q. v.

In ſanguine congrumato, Vulneribus & Ulceribus internis convenit; & ſpecificè creditur valere contra Maniam, Melancholiam, & ſimilia.

Hoc Extractum Uſurpari poteſt loco Syrupi vel Tincturæ Hyperici. Doſ. ℥ſs. ad ℥iſs.

Vulnerarium etiam eſt externè applicatum.

Extractum Opii.

℞ Opii ℥j.
Spir. Vini ℥iiij.

Digere, & Filtra. Solutio evapo-

vaporetur ad conſiſtentiam Extracti. Doſ. gr. ſs. ad gr. j.

Ad Extracta præparanda, non eſt neceſſe ut Spir. Vini ſit ſummè rectificatus, frumentaceus enim aut Hydromelinus Spiritus non, vel haud adeo rectificatus ſufficit.

Aliter

℞ Opii
Sal. Tarta. āā ʒj.
quibus invicem tritis, ſuperfundatur
Vini Rhenan. Gener. ℔j.
Stent invicem in digeſtione, & ſolvantur, hincq; Tinctura evaporetur ad conſiſtentiam extracti. Doſ. gr. j. ad ij.

Si ſolutio filtretur, fit Laudanum Liquidum. Doſ. gtt. xij. ad xx.

Extractum Opii parari poteſt Aquâ communi loco Spiritus Vini.

Extractum Opii Acidulatum.

℞ Opii ʒj.
Spir. Vini ʒiiij.
Vitriol. ʒj.

M. Digere & Filtra, & evaporetur ad Conſiſtentiam Extracti. Doſ. gr. ſs. ad j. Hæc Extracta Virtutes habent Laudani Opiati.

Extractum Papaveris.

℞ Capit. Papav. Hortenſ. ℔j.
Aq. Font. ℔viij.

F. Decoctum, Expreſſio evaporetur ad conſiſtentiam Mellis liquidioris, adde Sacchar. q. v.

Supplet locum Syrupi Diacodii Officinarum, ſi cum ſaccharo Syrupiſato miſceatur.

In Raucedine, Tuſſi tenui, Phthiſi, Hæmophthyſi &c. item in Diarrhœâ, Colicâ, & Dyſenteria convenit. Doſ. ʒſs. ad ʒiſs.

Ex-

Extractum Papaveris Erratici.

℞ Flor. Papav. Errat. cont. ℔j.
Aq. Font. ℔viij. vel ℔x.

F. Infuſ. & Decoct. exprimatur, & in extractum redigatur; adde Sacchari q. ſ. Doſ. ʒj. ad ʒij.

Laudatur in Pleuritide, Caſu ab alto, & grumis, Refrigerat, ſomnum conciliat, & dolorem ſedat. Miſceri poteſt in Julapiis & Potionibus Antipleuriticis.

Extractum Plantaginis.

℞ Fol. Plantag. contuſ. ℔j.
Aq. Fontan. ℔viij.

F. Decoct. poſt expreſſionem in extractum redigatur: adde ſacchari q. ſ.

Refrigerat, & ſiccat; Hepaticum, Vulnerarium, & Aſtringens eſt. Uſurpatur in Diarrhæa, Hæmophthyſi, mictione involuntaria, Fluxu

Fluxu Menſium nimio, &c. Doſ. ʒj ad ʒiſs.

Extractum Salicis.

℞ Fol. vel Potius Glomorum illorum Autumnalium Summitatum Salicis ℔j. Aq. Fontan. ℔viij.

F. Decoctum. Exprimatur & in Extractum redigatur: adde Sacchari q. v.

Refrigerat, & Vim habet Antiveneream. Uſurpari poteſt loco Syrupi vel Conſervæ Nymphææ. Doſ. ʒiſs. ad ʒij.

Extractum Scabioſæ.

℞ Rad. Folior. & Flor. Scabioſ. ℔j. Aq. Font. ℔viij.

F. Decoctum, exprimatur & in Extractum redigatur: adde Sacchari q. v.

Pecto-

Pectorale eſt, in Tuſſi, Phthiſi, variolis, &c. convenit. Doſ. ʒj. ad ʒiſs.

Syrupi, Conſervæq; Scabioſæ locum ſupplet.

Extractum Symphyti.

℞ Rad. Symph. Siccat. pulv. ℥ij. Spir. Vini ℔j.

M. Digere & Filtra, Evaporetur ad conſiſtentiam Extracti, adde Sacchari q. v.

Supplet locum Conſervæ vel Syrupi Symphyti & Myrtini. Vulnerarium eſt & Aſtringens. Doſ. ʒj. ad ʒiſs.

Extractum Tormentillæ.

℞ Rad. Torment. vel ſolæ vel cum Rad. Biſtort. miſt. ℥ iiij. Aq. Font. ℔ ij.

F. Decoctum, & poſt expreſſionem inſpiſſetur ad conſiſtentiam

am Mellis cum vel ſine Sacchari additione.

Aſtringens eſt & in quibuſcunque fluxibus nimiis & in Vomitu ſanguinis convenit. In Morbis malignis cum Hæmorrhagiis, Diarrhæis, aut Dyſenteriis bonum eſt Remedium. Doſ. ʒſs. ad ʒj.

Extractum Veronicæ.

℞ Fol. Veron. q. v.
Aq. Font. q. ſ.

F. Decoct. & ex colaturà extractum; cum additione ſ. q. Sacchari. vel ejus loco fiat extract. Chamedrios feminæ.

Incidit, Vulnerarium inſigne et Sudoriferum eſt. In Colicâ laudatur, iiſque convenit, qui laborant copioſis excrementis in Bronchiis pulmonum, pro adjuvandâ expectoratione; Spleneticum & Hepaticum etiam eſt. Doſ. ʒj ad ʒiſs.

Ex Extractis, Eſſentiis & Tincturis

cturis inter ſe, & cum Syrupi Sacchariſati miſtis, ſine vel cum Pectoralibus pulveribus, fieri poſſunt Linctus ad Tuſſim, Aſthma, &c. pro re natâ. e. g.

℞ Gum. Ammon. in Vino vel
Sp. Vini ſolut. ℈iiij.
Oxym. Scyllit. ʒj.
Extr. Glycyrrh. vel
Eſs. Paſſul. ʒj.
Sacchar. Syrup. ʒij.
M. F. Linctus; ubi Lympha eſt Mucilaginoſa, & viſcida. vel

℞ Rad. Ari præp.
Extr. Enul. āā ʒij.
Sacchar. Syrup. ʒij vel iij.
M. F. Linctus pro eodem Uſu.

Extractum Vulnerarium.

℞ Fol. Sanic. vel
Achimil. vel
Pyrolæ (ſeorſim vel conjunctim) ℔j.
Aq. Font. ℔viij.

F.

F. Decoctum & inſpiſſetur in Conſiſtentiam Mellis. Doſ. ʒj. ad ʒiſs.

Ad Caſum ab Alto cum Cancrinis miſtum, & cum Ol. Oliv. ſi placet Exhibitum, conducit.

I.

Infuſio Nervina.

℞ Fol. Major.
Summit. Lavend. āā Mj.
Flor. Lil. Conval. Mſs.
Succin. pulv.
Caſtor. pulv. āā ʒij.
Sal. Volat. CC. ʒj.
Spir. Vini Simp. vel
Camph. q. ſ.

M. F. Infuſ. Doſ. gtt. xx. ad xxx. vel xl. Nervina, Cordialis, & Cephalica eſt. Uſurpari poteſt externè in Paralyſi, Apoplexia, &c.

Infuſio

Infuſio Pectoralis.

℞ Eſſent. Paſſul.
Extr. Enulæ
Scabioſ. āā ℥ſs.
Glycyrrh. ʒij.
Spir. Serpilli vel
Vini com. ℔iſs.
M. F. Infuſ.

Detur Cochleare ſs. hujus cum Saccharo ſi vis edulcoratum, vel per ſe, vel cum aliis extractis, Eſſentiis, &c. appropriatis miſtum; in Tuſſi, Aſthmate, aliiſve morbis Pectoris.

Stomachica & Pectoralia cum incidentibus miſta, in Aſthmate proprie dicto plerumque præſtare experientia docet. Aſthma hypochondriacum ſeu convulſivum, per Martialia, & humoroſum periodice recurrens per Opiata poterit Sanari.

Infuſio

Infuſio Purgans.

℞ Sennæ opt. ʒſs
Nitri fixi cum carbonibus vel Sal. Tart. ℈j. ad ʒſs.
Cinnam. contuſ. ʒſs.
Caryoph. contuſ. ℈j.
Vini Alb. ℔ſs.

M. F. Inſuſ. calida. Doſ. ʒiiij. ad ʒv: vel in minori doſi ſi Alvus ſit tantum Laxanda. Tempore uſus præparanda.

L.

Lac Sulphuris.

℞ Sulph. pulv. ʒij.
Calc. Vivæ ʒiij.

Aq. Font. ad eminentiam ſex digitorum, coque ad ſolutionem Sulphuris: Filtra calidè, & præcipita cum Urinâ, edulcora & ſicca. Valet in Catarrhis, Aſthmate,

mate, Tuſſi, Phthiſi, Colica, &c. Doſ. ℈ſs. ad ℈j.

Lapis Arſenicalis.

℞ Arſenic. flav. ſeu Auripigm. Sulph.
Antim. āā q. v.
M. Fluant in Crucibulo. Ex hoc Fit Emp. Arſenicale.

Lapis Medicamentoſus.

℞ Ærug. ℥iiij.
Alumin. ℥ij.
Ceruſs. ℥iij.
Colcoth. Vitriol. ℥iſs.
Coq. cum ſ. q. Aceti (& inter coquendum adde Myrrhæ ℥j.) ad Lapideam Conſiſtentiam. Ad Varos, Vitia Gingivarum, &c. in Aqua ſolutus convenit: ℥j. hujus Lapidis in Aquâ ſperm. Ranar. diſſolvi poteſt; in Colaturâ Spongiola madefacta, applicetur Ulce-

ribus Faucium vel Tibiarum depaſcentibus, pro eorum Mundificatione, deſuper imponenda Lintea, vel Emplaſtra. Sic eidem Colaturæ Infundi poteſt Gum. Lacca & liquore hoc fricentur gingivæ in tumefactione ſcorbuticâ.

Laudanum Opiatum.

℞ Extr. Opii ʒij.
Croci.
Cinnab. Nativ. vel
Corall. āā ʒj.
M.

Omnis generis dolores ſedat; in Hæmorrhagiis, & Fluoribus Ventris quibuſcunque convenit; ſomnum conciliat, & in Febribus cum Delirio, vel Vigiliis eſt valde utile. Doſ. gr. j. ad ij.

Si Extractum Opii miſceatur cum Caſtoreo, Myrrhâ, Succino, &c. F. Laudanum Hyſtericum. Si cum Extractis Pectoralibus, ut Enulæ,

Enulæ, &c. Pectorale. Si cum Extr. Aloes, fit Laudanum Laxativum.

In Infantum, Gravidarum, Puerperarum, Senum, Phthiſicorum, Epilepticorum, aliorumque ferina Tuſſi, Defluxionibus, Hæmorrhagiis, Profluviis, ſuperpurgationibus, Colliquationibus, diverſis humorum aut ſanguinis Effervescentiis; pleriſque vagis, fixiſque doloribus, multum valent Opiata.

Liquor Citri Oleoſus.

Exprimitur è derasâ Flavedine, & ab aquoſo ſubſidente ſucco per Tritorium ſeparatur.

Cordiale, Stomachicum, Alexipharmacum & carminativum eſt. Adhiberi poteſt tum per ſe, loco Olei, Eſſentiæ & Spiritus Citri; tum pro ſiti impediendâ cum Saccharo miſtus loco Syrupi Citri.

Lixivium Calcis Vivæ.

℞ Calc. Viv. ℔j.
Aq. Font. ℔vj vel ℔viij.
M. F. Infuſ. per horas 5 vel 6. Decanta & Filtra. Doſ. ℥iij. vel iv. ter in die. In ſtrumis, Aſthmate, Phthiſi, Diabete, Arthritide vagâ, Herpete Gangrænâ & Ulceribus Renum; Tempore Uſus parandum eſt.

Externè vel ſolum, vel cum Spirit. Vin. p. ⅓ miſtum, præſtans erit in Inflammationibus diſcutiendis, ulceribus ſordidis purificandis, in incipiente Gangrænâ & Scabie.

℞ Hujus Lixivii ℔j.
Merc. ſubl. gr. xv. ad xx.
M. optimè in Mortareo vitreo vel marmoreo. Ulcera mundificat.

℞ Lixiv. Calc. Viv. ℔iſs.
Sulph. pulv. ℥ſs. ebulliant aliquan-

aliquandiu: Aquâ hâc eluantur membra ſcabioſa. Si Scabies fuerit maligna, loco Sulphuris addatur lixivio, Merc. dulc. ʒij. vel iij.

Ex hoc Lixivio Calcis Vivæ, cum Oleo communi miſto, Fit Ung. ad Ambuſta.

M.

Magiſterium Aluminis.

℞ Alum. (poſt Phlegmatis evaporationem vel deſtillationem remanentis)
℔v.
Aceti deſtill. ℔iv.

F. Diſſolutio, filtretur & deſtilletur vel evaporetur ad conſiſtentiam Syrupi, ſtet in loco frigido per 3 vel 4 dies ut chryſtalliſetur, repete opus, uſque nullæ aliæ Chryſtalli factæ ſunt.

Sudoriferum, Diureticum, Stomachicum & Scorbuticm eſt: & in Febre Tertianà convenit. Doſ. gr. vi. ad ℈j.

Magiſterium Corallii.

Solve Corallia in ſucco Berberum, decanta ſolutionem, & cum Spiritu Vitrioli præcipita.

Cordiale dicitur & Antepilepticum; Hæmorrhagias & Diarrhæas fiſtit. Doſ. gr. v. ad xx.

Magiſterium Cornu Cervi.

Solve C.C. in ſ. q. Spir. Nitri, abſtrahe Spiritum Nitri ad dimidium; dilue reliquum Aquà communi, hâc ratione præcipitatur Magiſterium, Aquà Simplici edulcorandum. Doſ. ℈ſs. ad ʒſs.

Eſt corpus ſalſum volatile, pluribus uſibus in malignis conveniens: pro fallendis pueris commodum,

dum, in potu eorum penè inſenſibiliter diffluens.

Magiſterium Lunæ.

Solve Lunam finam in Aquâ Forti, & cum Muriâ præcipita.

Cephalicum, Epilepticum, &c. eſt per ſe a gr. v. ad ℈ſs. datum, vel cum Cinnaberinis, Succinatis, Antimonialibus, aut Opiatis miſtum.

Magiſterium Marcaſitæ.

℞ Marçaſ. pulv. ℥j.
Spir. Nitri ℥ij.

M. F. Solutio. Aqua ſalſa præcipitetur, edulcoretur, Aquâ fontana & ſiccetur.

Si loco Aquæ ſalſæ præcipitatur Spiritu Vitrioli, fit album incomparabile.

Bonum eſt remedium in Vitiis Cutis, Scabie faciei & Manuum

nuum cum Unguento Pomato miſtum.

Magiſterium Saturni.

Solve Ceruſſam in Spiritu Nitri aut Aquâ forti, & cum Aquâ ſalsâ præcipita.

Internè prodeſt in Febribus quartanis, & Malo hypochondriaco a ℈ſs. ad gr. xv. cum Oc. Cancr. ℈j. ante paroxyſmum: ſed ſæpe Nauſeam creat. Effervescentias & Phlogoſes Corporis compeſcit.

Externè convenit in Inflammationibus & Ambuſtionibus, item in Vulneribus & Ulceribus corrodentibus, & in Collyriis pro Variolis.

Mercurius Dulcis.

℞ Mercur. Vivi
Sublim. ää q. v.
M.

M. Semel tantum ſublima, niſi quod jam aſcenderit ſub ipſo ſublimationis actu bacillo ferreo detrudere placeat. Doſ. gr. vi. ad ℈j.

Cum aliis purgantibus miſtus, in forma Pilularum, eſt ſingulare purgans in Morbis chronicis, ut Epilepsiâ, Hemicraniâ, &c. item pro Scabioſis, Ulceroſis, & Leproſis, & in Lue Venereâ & Lumbricis ſpecificus.

Mercurii Purgatio.

Si Venalis elotus ſuſpectus videatur, gratis habeatur, e Butyri Antimonialis, vel Amalgamatis Jovialis (pro ſudorifero maximo) deſtillatione, aut Mercurii dulcis (applicato Cucurbitulo Capitello) ſublimatione. vel

℞ Merc. ſubl. com.
Limat. Mart. āā q. v.
M. & deſtilla.

Mer-

Mercurius crudus, per ſe ad gr. vi. vel cum duplo Sacchari candidi triturando miſtus, vel ejus in Aquâ communi decoctum ad Cochl. iij. pro doſi bis vel ter in die vermes enecat.

Mercurius Præcipitatus.

Solve Mercurium ſublimatum in Aquâ calidâ; cum oleo Tartari per deliq. præcipita. Adhibetur ad Uſus externos Chirurgicos. Poſt edulcorationem lento calore ad internos Uſus loco Turbith. Mineralis digere.

Mercurius Sublimatus.

Venalis ſufficit: Et Superior & impurior pars Mercurii dulcis eſt Merc. ſublimatus. ℞ Mercurium Vivum, quem ſolve in Spir. Nitri, hanc ſolutionem per ſal commune præcipita; hoc ſublima;

ma; ſic Merc. ſubl. nitidiſſimus acquiritur.

Miſtura Simplex.

℞ Tinct. Bezoard. ℥x.
Spir. Tartar. ℥viij.
Vitriol. opt. ℥ij.
Eſs. Camph. ʒij.
M. Filtretur & ſi vis cum Extr. Papav. errat. tingatur: Diaphoretica & Alexipharmaca eſt; & in Febribus malignis convenit. Doſ. gtt. xx ad xxx.

Morſuli Purgantes Extemporanei.

℞ Reſin. Jalap. vel
Scammon. ʒiij.
Subige probe cum Amygdalis dulcibus excorticatis & inciſis; hinc cum Sacchari in ſucco citri ſolut. ℥iiij. redige in Morſulos, quibus aſperge Liquorem Citri Oleo-

Oleosum: Dos. ʒiij. ad ℥ss. Alvum laxant. vel.

℞ Pulv. Jalap.
Crem. Tart. āā ʒiij.
Resin. Scammon. ℈ij ad ʒj.

Cum Sacchar. in Aq. Ros. Sol. ℥iiij. F. Mors. quibus asperge Liquorem Citri Oleosum. Dos. ʒiij ad ℥ss.

N.

Nihil Album.

Præparatur, cribro aut lotione. Tanquam compendium Metallicorum florum desiccantium, tam per se, quam cum Lapide Calaminari, Veneris Calce, vel Terrâ Vitrioli dulcificata, Mercurio dulci, aliisque pro re natâ combinatum: in mixturis, liquoribusque extemporaneis, aut Unguentis, largiter intentiones istas complet.

Et

Et alia insuper Epithemata, e solutione Camphoræ, Vitrioli, Lapidis Medicamentosi, &c. vel Aq. Calc. Viv. constantia, ad desiccationes, Attemperationes, & Incarnationes felicitèr adhibentur.

℞ Vitriol. Alb. vel virid. ℈ss.
Aq. Chelid.
Rosar. āā ℥iss.
solutioni filtratæ adde
Nihil pulv. ℈ss. M.

Calidè instilletur vel linteo applicetur oculo, in Ophthalmiâ serosâ.

Nitrum Fixum.

Acquiritur ex Aquâ Ablutionis Croci Metallorum post inspissationem: vel quando Clysmi sulphurati destillantur, remanet in fundo Retortæ Nitrum fixum; cui qui velit Nitrum ex Antim:

diaph. fixum associet minori pondere.

Diureticum & Diaphoreticum est. In Febribus malignis & Hydrope convenit. Dos. gr. xv ad ℈j.

Nitrum depuratum cum succo Cerasorum tingi potest; & in Febribus convenit.

O.

Oculi Cancri.

Præparantur tantum pulverisatione; vel in eorum defectu, sufficit Pulvis e Chelis aut eorum Testudinibus; solitariè, vel cum opiatis, in dolore Nephritico, mistus, convenit.

Ad Absorbendum, invertendum, & detergendum, in Pleuritide, febrilibus dispositionibus (præ-sertim Infantum) Stomachi angustionibus, Cardialgiâ aliisq; vicinis

vicinis Acoribus, &c. Bonum Remedium. Dos. ℈j. ad ʒj.

Cum Tinctura Tartari Tartarisati, Arcano Tartari, vel Alcali quodam associari possunt pro usu Nephritico.

Oc. canc. in Vino Rhenano infusi in vulneratis oculis conveniunt.

℞ Aq. Hyssop. ʒij.
Menth. ʒj.
Aceti ʒss.
Oc. Cancr. ℈ij. ad ʒj.
M. pro dos. j. vel ij. in Casu ab alto aut Vulneribus propinand.

Oleum Alexipharmacum Extemporaneum.

℞ Ol. Succin. ʒj.
Junip. ʒij.
M. addi potest vel
Camph. vel
Balsam. Sulph. ʒij. M.

Externè illinetur temporibus, carpis, & ſcrobiculo Cordis.

Internè Detur à gt. iij ad v. ſed ubi adſunt Febris Intenſior, Symptomata Capitis, Deliria, Agrypnia, &c. hoc minus tutum eſt.

Oleum Amygdalarum.

E Dulcibus Amygdalis frigidè exprimatur.

Expectorat, Emollit, Alvum ſubducit: In dolore Colico, & Nephritico, item in Pleuritide convenit. Doſ. ʒſs. ad ʒij.

Oleum Baccarum Lauri.

Fit e Baccis Lauri maturis in Aquâ coctis, & fortitèr expreſſis, ſeparando Oleum Aquæ ſupernatans ab Aquâ.

Nervinum & Emolliens eſt; Tumores reſolvit, & in Paralyſi & Colica convenit. Fricentur hoc Partes affectæ calide. *Ole-*

Oleum Camphoræ.

℞ Ol. Junip.
Camph. āā ʒj. M.

Miſceatur cum Tinctura ſuccini vel Caſtorei, ad guttas aliquot, in ſuffocatione uterinâ, & Affectibus nervoſis.

Externe Naribus admoveatur.

Oleum Carminativum Compoſitum.

℞ Summit. Anethi.
Flor. Chamom.
Verbaſc.
Sambuc. āā Mij.
Ol. Oliv. q. ſ.

F. Infuſio, & Expreſſio fortis; & tempore Uſus addi poteſt Ol. Carui, Juniperi aut Fæniculi.

Carminativum eſt, & in Doloribus colicis convenit externe illitum.

Oleum Carui.

Semen contuſum in ſ. q. Aquæ communis infuſum per veſicam deſtilletur, ſic ſimul cum Aqua prodit Oleum.

Egregium eſt Aromaticum & Carminativum. Datur in Colicâ & Torminibus Stomachi graviſſimis à gtt. v. ad viij. in Juſculo vel Saccharo.

Externè cum oleo Nuc. Moſch. Expr. Miſtum, Stomachicum eſt, & Carminativum.

Oleum Caryophillorum.

Prodit ſimul cum Aquâ ſpirituosâ.

Cephalicum eſt & cordiale, ventriculum calefacit, & rpborat; vomitum compeſcit. Doſ. gtt. ij. vel iij. mane: vel ejus gutt. v. vel vi. miſceantur cum oleo Amygdalino

lino & regioni Cordis & ventriculi illinentur. Odontalgiam ſedat cum linteo applicatum.

Oleum Ceræ.

℞ Ceræ ℔j. vel ℔iſs.

Indatur Retortæ, hujuſq; Venter penitus uſque ad Collum Cineribus repleatur, & deſtilletur ex Arenâ.

Egregium eſt Diureticum, penetrat & incidit, in Arenulis expellendis & urinâ promovendâ eſt expertum. Doſ. gtt. iij. ad v. in Aquâ appropriata.

Externe Scirrhos, & Tumores duros emollit; Gummata, & Nodos Podagricos & Venereos reſolvit, Dolores Arthriticos mitigat, omnis generis Vulnera, Ulcera & Ambuſta Sanat; & in Fiſſuris Labiorum, cum Oleo Amygdalino miſtum convenit.

Oleum Cinnamomi.

Prodit ſimul cum Aqua Spirituosì.

Partum promovet, Stomachum roborat, & in Lipothymià convenit. Doſ. gtt. ij. vel iij. cum ovo ſorbili aut cum Saccharo candido miſtum.

Ex Oleis deſtillatis p. i. & Spir. Ardent. (ſeu Vini) Alkaliſat. p. ij. vel iij. Fieri poteſt Quinteſſentia.

Oleum Fæniculi.

Paratur e ſemine ſimul cum Aquâ Spirituosâ.

Stomachicum, Pectorale & Carminativum eſt. Doſ. gtt. ij. vel iij. cum Saccharo.

Oleum

Oleum Hyoſciami.

Paratur e ſemine Hyoſciami, vel ſolitario vel cum āā ſeminis Papaveris miſto, per expreſſionem.

Anodynum eſt, & loco cujuſvis Olei Anodyni externe uſurpari poteſt. Temporibus illitum, Cephalalgiam ſedat, & ſomnum infert. Additione Olei Nucis Moſchat. expreſſi redigitur in Balſamum Hypnoticum.

Oleum Hyperici.

Paratur Infuſione ſummitatum Hyperici in Oleo, & expreſſione.

Vulnerarium eſt. Balſamicis, & Extractis vulnerariis miſtum, in Vulneribus & Ulceribus eſt Egregium.

Ex hoc Oleo cum Floribus Sulphuris Fit Balſamum Sulphuris nobiliſſimum, pro Uſu externo.

Oleum Hyſſopi.

Copioſe profluit cum Aquâ Spirituosâ.

Pectorale eſt, & aliis pectoralibus pro re natâ adjiciendum.

Oleum Juniperi.

Fit e Baccis per Veſicam, ſine fermentatione, communi modo deſtillatis.

Alexipharmacum, & Carminativum eſt; interne contrà Calculum & Colicam commendari ſolet; Dolores Laterum, & Lumborum ſanat. Si Urina ſit obſtructa, ſumat æger gtt. vi. hujus Olei mane & veſperi per dies quatuor vel quinq; in Vino, vel juſculo. Ex-

Externe ingredi ſolet Unguenta Nervina, & Paralytica. Spongia hoc intincta calide Umbilico applicetur contra Colicam.

Oleum Ligni Rhodii.

℞ Raſur. Lign. Rhod. p. v.
Tartar. pulver. p. j.
Aq. Fontan. q. ſ.

F. Infuſ. per 6 Hebdomad. Deſtilletur e Veſicà cum recipienti capaci.

Cum Saccharo ad gtt. iij. vel iv. miſtum, Diureticum eſt, mucum & Arenam Renum & Veſicæ pellit.

In Unguentis, Pulveribus, & Balſamis Odoriferis & Coſmeticis Uſurpatur. Adhiberi etiam poteſt in Gargariſmatibus pro Ulceribus Oris.

Oleum Lilii Albi.

Fit vel e Floribus recentibus Lilii Albi oleo infusis: vel

℞ Flor. Lil. Alb.
Violar.
Rosar.
Sambuc. āā q. v.

Infunde in s. q. Olei Olivar. & exprime.

Anodynum, Emolliens, & Vulnerarium est: Suppurat & maturat Inflammationes & Abscessus; In dolore Nephritico cum Oleo Scorpionum mistum, & regioni renum inunctum, convenit.

Oleum Lumbricorum.

℞ Lumbric. Terrest. lotor.
Olei Oliv. āā q. v.

F. In-

F. Infuſ. & poſt Coctionem, exprimatur Oleum.

Emolliens eſt; In Vulneribus & Contuſionibus Nervorum præſertim cum Oleo Terebinth. miſtum; & in doloribus & contuſionibus Artuum convenit.

Oleum Majoranæ.

Simul cum Aquâ Spirituosâ prodit.

In Affectibus Narium, obſtructione, Coryzâ, odoratuque deficiente, tam per ſe Uſurpatum, quàm cum corpore in formam Balſami redactum convenit. Nervinum eſt, & adhiberi poteſt pro inunctione Spinæ dorſi in Affectibus Paralyticis.

Ingrediens etiam eſt Pulverum Sternutatoriorum.

Oleum Menthæ.

Si Aqua Menthæ Spirituoſa deſtilletur dum flores decidunt, & ſemina incipiunt generari, Oleum copioſè præbet.

Stomachicum eſt; in Nauſeâ, Vomitu, & Ructibus convenit internè, & externe, Regioni Stomachi inunctum, vel cum Ol. Nuc. Moſch. miſtum.

Oleum Nervinum.

℞ Ol. Oliv. vel
Nucum vel
Lumbric, Terreſt. ℥j.
deſtil. Junip. vel
Tereb. ʒiſs.
M.

Partes Nervoſas roborat: in Paralyſi pro inunctione ſpinæ dorſi convenit.

Ole-

Oleum Nucis Moſchatæ.

Paratur Expreſſione.

Externe illini poteſt in Vomitu, Diarrhæâ, & Colica; & eſt Baſis Balſamorum Apoplecticorum, Stomachicorum, &c.

Ad Fiſſuras Partium convenit, ſicut in graviori malo, Solutio Lapidis Medicamentoſi; vel Balſamum Sulphuris ad Extra.

Oleum Ovorum.

Fit e Vitellis Ovorum ad duritiem coctis & Expreſſis.

Ad Hernias, Vulnera, Fiſſuras Extremarum partium, & Variolarum Foveas, recommendatum.

Oleum Papaveris.

Fit e ſeminibus Papaveris Albi, vel Nigri contuſis & expreſſis.

Ano-

Anodynum eſt, & cum Oleo Hyoſciami miſtum, in Agrypnia & Cephalalgia convenit.

Oleum Pulegii.

Deſtillatur ſimul cum Aquâ Spirituosâ.

Carminativum & Uterinum eſt, Menſes & Lochia promovet. Doſ. gtt. ij. vel iij.

Oleum Saponis.

Fit e Sapone quovis vegetiori, ut Oleum Ceræ.

Præſtantiſſimum eſt reſolvens, Dolores Articulorum a Causa frigidâ compeſcit, Contuſiones diſſipat, Urinam movet, Colicam flatuentam Umbilici litu reſolvit.

Oleum

Oleum Scorpionum.

Fit infuſione Scorpionum in Oleo Olivarum.

Externe Renibus vel Pubi illinetur in Urinæ ſuppreſſione vel per ſe vel cum Oleo Tereb. Ceræ, &c. miſtum. e. g.

℞ Ung. Dialth. ℥ſs.
Ol. Scorpion. ʒij.

M. F. Linim. pro pube. vel

℞ Ung. Dialth. ʒiij.
Ol. Scorpion. ʒij.
Tereb. ʒj.
M. vel
℞ Ol. Scorpion. ʒiij.
Ceræ ʒij.
Junip. ʒj.

M. pro Litu in Affectibus Renum Nephriticis.

Oleum

Oleum Spicæ.

In Deſtillatione Spiritus Spicæ ſimul profluit.

Nervinum & Cephalicum eſt. Doſ. gtt. ij. vel iij.

Oleum Stomachicum Compoſitum.

℞ Ol. Nuc. Moſch. Expr. ʒiij.
deſtill. Menth.
Caryoph. āā ʒſs.
Junip. ℈j.

M.

In Vomitu, Nauſeâ, aliiſque Affectibus Stomachi inunctum convenit.

Oleum Succini.

Fit deſtillando Succinum per ſe, per retortam, blando igni.

Olei

Olei hujus nondum rectificati p. ij. abluatur in Aquæ ſimplicis p. iij. ſæpius agitatæ: ita Aqua illa ſuſcipit empyreumatica Olei excrementa ſalina, ſupernatante Oleo puro: Quæ Aqua blando igni deſtillata dat portionem ſalis volatilis ſuccini.

Adhibetur Oleum contra Paſſionem Hyſtericam, Apoplexiam, Paralyſin, & Epilepſiam. Doſ. gtt. j. ad iiij. externe Naribus admoveatur in Hyſterica Paſſione. Vertici inunctum in Affectibus Capitis eſt egregium.

Oleum Tartari Fœtidum.

Paratur in Deſtillatione Spiritus Tartari, & in Retorta Cineribus repleta rectificandum eſt.

Reſolvens, & Balſamicum eſt; in Contuſionibus Carnoſarum Nervoſarumque Partium convenit. Egregium eſt pro malaxandis

dis Emplaſtris Tumores duriſſimos diſcutientibus, & pro Partium Paralyticarum frictione. Fæminis hyſtericis, Naribus admotum, convenit.

Oſſa Capitis Lucii Piſcis.

Non ſolum Mandibula, ſed omnia Oſſa non cartilaginea Capitis piſcis, intermiſtis Truttarum linguis pro pulvere ſimplici ſerventur.

Vim habet abſorbentem, & ſpeciatim Antipleuriticam. Doſ. ʒſs.

Oxyſaccharum Emeticum.

℞ Croc. Metal. ℈viij.
Aceti cum ʒx.

F. Infuſio per triduum in loco calido, liquore ſæpius agitato; Filtretur, & ei āā ſacchari albi addatur, vitro clauſo, loco calido detinendo ſponte ſolvatur, & ſi libet

libet Eſſentia Papav. Errat. ʒj. tingatur. Doſ. ʒij ad ℥ ſs. Infanti trimeſtri gr. ij. Anniculo gr. vij. vel viij. Vomitum movet.

P.

Phlegma Aluminis.

Deſtilletur Alumen ex Arenâ (caute, ne recipiens diffringat) ſine Rectificatione.

Ophthalmiæ, & Ulcuſculorum Oris eſt Remedium, ſupplet locum Phlegmatis Vitrioli, & eoſdem habet Uſus.

Phlegma Vitrioli.

Vitriolum commune crudum per Alembicum ex Arena ad ultimam uſq; guttulam deſtilletur.

Remedium eſt elegans attemperans in Morbis acutis; cum Eſſentia Roſarum, aut Extracto Bel-

Bellidis dilutum, inſervit loco Julapii Analeptici. In Phthiſi & Tabe, in ſpecie in Vomica Pulmonum commendatur, & omnes Inflammationes Viſcerum, & inde ortos Abſceſſus potenter tollit. Externè Ambuſtionibus medetur. Valet etiam ad Ophthalmiam & Cephalalgiam, & ad Scorbutum Oris & Ulcera putrida.

Pilulæ Aloeticæ.

℞ Extr. Aloes ʒj.
Elix. Propr. ſine Acido vel
Eſſent. Abſinth. vel
Utriuſque āā q. ſ.

F. Pil. In Morbis Chronicis Alvum laxant. Aſſumantur a gr. iv. ad viij. veſperi horâ unâ ante Cænam, vel tempore decubitus; ſubſequente manè capientur Eſſentiæ, Tincturæve appropriatæ. Sic Hypochondriacus aſſumere poteſt veſperi pilulas Aloeticas & mane

manè Tinct. Mart. ut mulier hysterica Essentiam Castorei vel Myrrhæ: Hæ Pilulæ loco Pil. de Ammon. vel Tartar. adhiberi possunt.

Si Epilepsia Infantum oritur a Lacte coagulato, Pilulæ Aloetica, aliove competente laxativo vel emetico exhibito, succèdentibus specificis eo quadrantibus, curatur.

Pilulæ Purgantes.

℞ Pulv. Jalap.
Resin. scammon. āā ʒs.
Cum s. q. Aloes in Aquâ fontana solut. F. Massa. Dos. ℈ss. ad gr. xxv. pro tenioribus & Hypochondriacis. vel

℞ Pulv. Jalap.
Resin. Jalap. vel
Scammon.
Extr. Helleb. nigr. āā ℈j vel
Aloes ℈j.
Colocynth. gr. xv.
M. F.

M. F. Maſſa. Doſ. gr. xv. ad ℈j. pro Robuſtioribus. Hæ Pilulæ tempore Uſus ſunt præparandæ.

Pinguedo Viperarum.

Præparatur leni igne liquefaciendo, & ita à Craſſamentis ſeparando.

In Puncturis, & Synoviis Partium Nervoſarum, Auditus difficultate, Oculorum Morbis, profundiſque Vulneribus Remedium ſingulare, & omnibus Collyriis ſuperius. Bis vel ter in die inſtilletur guttula in Oculum.

Potio Laxans Extemporanea.

℞ Pulv. Jalap. gr. x.
Aq. Roſar. vel
Acaciæ ℥ ſs.
Succi Rub. Idæi ʒj.
M. F. Potio pro doſi.

Potio

Potio Purgans Extemporanea.

℞ Reſin. Jalap.
Scammon. āā gr. v.
Vini Generoſ. vel
Spir. Vini. com. ʒiij.
Syr. Papav. Errat. ʒj.
M. pro doſi. vel
℞ Cort. Citri. ʒ ſs. vel
Limon. ʒ ſs.
Pulv. Jalap. ʒ ſs.
Spir. Vini ʒ viij.
Stent in loco tepido ad extractionem Tincturæ Aureæ, filtretur. Doſ. ʒij vel iij.

Pulvis Anodynus.

℞ Laud. Opiat. ʒj.
Corall. rubr. ʒij.
M. F. Pulv. vel
℞ Extr. Opii ʒj.
Sang. Dracon. vel
Santal. Rubr. pulv. ʒij.

Corall. ʒij.
M. F. Pulv. Doſ. gr. iij ad vj.

Dolores ſedat; Epilepticorum, Hyſtericorum, vel Anticolicorum acceſſu pro re natâ miſcendus.

In Tuſſi, Doſis nocturna Laudani, Tincturæ, Pulveriſve anodyni, bis terve repetiti multum valet; interponi quinetiam interdum poſſunt Mixturæ ex extractis vel Eſſentiis Pectoralibus cum ſaccharo ſyrupiſato dilutis.

Pulvis Antipleuriticus.

℞ Oſs. Capit. Lucii piſc. ʒij.
Sang. Hirci.
Sulphur. citrin. āā ʒj.
M. F. Pulv. Doſ. ʒſs ad ℈ij. cum vel ſine Laudano.

Hic Pulvis bis vel ter datus etiam ſine Venæſectione expectorationem ſufficienter complet, modo ſi Pleuritis ferocior fuerit Mixtura ſimplex præmittatur, expectorantia

ctorantia quædam in formâ liquidâ interponantur, & invertentibus Cancrinis, atque Corallinis pulveribus, cum vel ſine Opiatis Curatio concludatur.

Febres continuæ & malignæ (præmiſſo Vomitorio ſi opus ſit) abſq; Venæſectione, aut Clyſteriſatione feliciſſime curantur, ſi malum primo per Miſturam ſimplicem ſolitariam, aut in Vomitu ſymptomatico guttis aliquot Tinct. Anodyn. miſtam; vel etiam per ſpir. CC. aut ſimiles volatiles, infringatur: Reſiduum unà alteràve Pulveris præcedentis doſi ſubigatur, ac tandem circa ſtatum Corallinis, Cancriniſve, cum vel ſine C.C. philoſ. calc. quaſi abſorbeatur: interpoſitis pro re natâ contra ſitim, Spiritu ſalis, Pleg. vitrioli aut Nitro ipſo (ſi Diarrhæa & Vomitus abſint) in potu ordinario. In Anxietatibus circa ſtatum nonnunquam

repullulantibus, ſi opus fuerit repetatur Mixtr. ſimpl. vel etiam elect. Alexipharmaci tertia parte Doſis. In Nauſeis, Diarrhæis, Vigiliis, Inquietudinibus, &c. Laudani granum vel per ſe vel aliis aſſociatum, ante & poſt ſtatum eſt proficuum & tutiſſimum, ſi modo Hungaricam circa ſtatum excipimus.

In Uſu Diaphoreticorum & Alexipharmacorum in Febribus obſervandum, 1. Volatilia calidiora ſolum in Principio & Incremento acutarum Febrium malignarum uſurpanda: in ſtatu enim haud raro Vires proſternunt, & novas excitant turbas: in Variolis & Morbillis fruſtraneas ebullitiones & intenſiores Æſtus; præcipue nimis camphorata, in eruditis, debiliori capite, & fœminis, Cephalalgias incompeſcibiles & deliria ſæpe lethalia, &c. (per circumſpectum temperatiorum

Uſum

Uſum haud difficultèr evitanda. 2. Sed in Principio & Augmento Acutarum, malignarum, & Pleuritidis, quamvis Ægri ſint anxii & æſtuoſi, non negligenda ſalia volatilia pro ſcopo ſudorifero, ſubjungendis blandis acidis. 3. Sola fixiora his in caſibus raro ſufficiunt, ſed potius in ſtatu morbi adhibenda ſunt.

Pulvis Bezoardicus Albus.

℞ C.C. ſine Igne ʒij.
Terræ ſigillat.
Unicorn. Foſſil. āā ʒj.
M. F. Pulv.

Alexipharmacus eſt. Contra Epilepſiam Infantum valet. In Febribus Infantum datur recens Natis a gr. j ad ij. provectioribus, dum anniculi fiant a gr. iij. ad vj. ſiq; opus ſit Cinnaberinis, & Opiatis miſcendus. In Caloribus Vagis, & permanentibus, in variolis,

Morbillis, & Convulsionibus, Terroribus, Torminibus, ac clamosis inquietudinibus Remedium non contemnendum. Dos. gr.vj. ad ℈j.

Pulvis Bezoardicus Salinus.

℞ Bez. Min. ʒij.
Sal. Absinth.
vol. C. C. āā ʒj.
M. F. Pulv. tempore Usus præparandus. Dos. ℈ss. ad ℈j.

Pulvis Cordialis.

℞ Radic. Zedoar. pulv
Cubeb. āā ʒiij.
Cinnam. ʒij.
Æloscacch. Caryoph.
Nuc. Mosch.
Citri āā ℥ss.
M. F. Pulv. addi potest
Mosch. ℈ss.
Stomachicum & Cordiale est. Dos. ʒss.

Pulvis

Pulvis Diaphoreticus Extemporaneus.

℞ Pulv. Bezoar. Alb. ℈j. ad ʒſs.
Sal. volat. C.C. gr. vj. ad ℈ſs.
Camph. gr. ij.
M. vel
℞ Pulv. Bezoard. Alb. ℈j.
Bezoar. Min. ℈ſs.
Camph. gr. ij. vel iij.
M. vel
℞ Pulv. Bezoard. Alb. ℈j.
Cinnab. Antim. gr. xij.
Laud. opiat. gr. j. M.

Pulvis Diarrhodon.

℞ Corall. rubr. præp. ʒj.
Crem. Tartar. cum ſpiritu vitrioli Santalo rubro tincti imprægnat. ℈ij.
Pulv. Roſar. Rubr. ʒj vel ʒij.

Polychreſtum eſt Hepaticum, contra Æſtus vagos, ebrietatem, Crapulamque inſequentes adhibetur. Doſ. ʒſs.

Pulvis Epilepticus.

℞ Pulv. Bezoard. Alb.
Succin. pulv.
Cinnab. Nativ. āā ʒj.
M. F. Pulv. Doſ. Adultis ʒſs. Infantibus Anniculis a gr. iiij. ad vj

Adhibetur loco cujuſvis Antepileptici, præmiſſis aut interpoſitis emeticis aut Laxativis, ac pro Indicationum ratione, modo volatilia Urinoſa ut ſpir. C. C. ſal Armon. &c. modo Tinct. ſuccin. Corall. Antim. Eſs. Caſtor. Camph. &c. & modo præcipitantia alia, & Opiata hoc pulvere ſunt miſcenda.

Pulvis

Pulvis Epilepticus Anodynus.

℞ Pulv. Bezoard. Alb. ʒvj.
Succin. ʒiij.
Cinnab. Nativ. ℈iiij.
Laud. Opiat. ℈j.

M. Infanti trimeſtri, detur granum Unum, in Torminibus, Vomitu, Inquietudine, Epilepſia, &c Doſ. aliis ʒſs.

Ad Diarrhæam & Tormina cum Ol. deſtillato Aniſi, vel ſal volat. C. C. Miſcendus.

Pulvis Eryſipelaticus.

℞ Farin. Domeſt. vel
Pulv. Flor. Sambuci ʒvj.
Ceruſſæ ʒiij.
Myrrhæ ʒj.

M. F. Pulv. Irroretur Spiritu Vini Tartariſati & calidè applicetur.

Pulvis-

Pulvis Febrilis.

℞ Pulv. Conchar. ʒiij.
Nitri
Flor. Sal. Armon. āā ʒj.
M. Doſ. ʒſs. In Tertianis poſt Emeticum exhibendus, vel ſolus, vel cum Cinnaberinis aut pulveribus anodynis miſtus.

Pulvis Laxans Extemporaneus.

℞ Rad. Jalap. gr. vj. ad x.
Tartar. puri vel
Sal Eſſent. Tart. ℈j.
M. pro doſi. pro Adultis.
℞ C. C. philoſ. calcin. ℈iij.
Jalap. pulv. ℈j.
M. F. Pulv. Doſ. gr. j. vel ij. & pro Infantibus minutioribus, & pro Trimeſtribus gr. iij.

Pulvis

Pulvis Nephriticus

℞ Oc. Cancr. ℈j. ad ʒſs.
Pulv. Anodyn. gr. viij.
M. F. Pulv. pro doſi, ſi opus ſit repetendus: interponendi Uſui ejuſdem vel Spir. Salis, vel Tinct. Tartari Tartariſati.

Temperata & præcipitantia diuretica, anodynis & Antiſpaſmodicis Exaltata, in doloribus Nephriticis, ſunt præ aliis præſentitiora remedia.

Pulveres Diuretici, cum Eſſentiis, Tincturis, Extractis, & Rhob. appropriatis vel cum ſaccharo ſyrupiſato miſti uſurpari poſſunt loco Syruporum aut Electuar. Nephritic. &c.

Pulvis Pectoralis.

℞ Rad. Ari præp.
Ireos Flor.
Sulph.

Sulph. crud. āā ʒj.
M. F. Pulv.

Infantibus ad grana aliquot pro ætatis ratione dandus, præcipuè ſi Opiatorum tantillo, Cinnabari Nativo, &c. prius pro re natâ exaltetur. Adulti (ſi placeat) ſaccharo, Oleove gratiori conditus Antimonio diaphoretico. Jovialibus aut Saturninis, &c. ſociatus, in Tuſſi, Aſthmate, &c. convenit, præſertim, ſi Emetica præmittantur. Doſ. ℈j. ad ʒſs.

Si combinetur cum Opiatis, medebitur Tuſſi catarrhali, ſicut cum Sudorifero Maximo, Hecticæ, & cum Antimonio diaphoretico Pleuritidi aut Empyemati.

Radix Ireos Florent. pulv. ad gr. iij. vel iiij. pro Vomitorio Infantis recèns nati aut aliquot ſeptimanarum commendatur.

Pulvis Purgans extemporaneus.

℞ Pulv. Jalap. ℈iiij.
Reſin. Jalap. vel
Scammon. ℈j
Nuc. Moſch. pulv. ℈ſs vel
Ol. Nuc. Moſch. Expr. gr. vj.
M. F. Pulv. Doſ. ℈j ad ʒſs. vel
℞ Jalap. pulv. ℈ij.
Antim. diaph. non edulc. ℈j
M. F. Pulv. Doſ. ℈j. ad ʒſs
vel
℞ Jalap. pulv. ℈ij.
Reſin. Scammon. ℈j.
M. Doſ. ℈j ad ʒſs.

Si Doſis horum Pulverum miſceatur cum ʒſs Conſervæ Roſarum, vel Rob. Junip. fit Bolus Purgans.

Pulvis Stomachicus.

℞ Rad. Ari. præp. ʒ ij.
Oc. Cancr. ʒiij.

Sal Abſinth. ℈ij.
Ol. Caryoph. gtt. vj.
M. F. Pulv. Doſ. ʒ ſs. vel
℞ Rad. Ari præp. ʒ iiij.
Arcan. duplic. vel
Sal Armon. ʒij
Sal Abſinth. ʒj
Rad. Calam. Arom. ℈j.
Cinnam.
Caryoph. āā gr. xv.
Cardam. vel
Cubeb.
Zedoar. āā ℈ſs.
M. F. Pulv. Doſ. ʒ ſs.

Hi pulveres in Morbis Stomachi ut Inappetentia, Ructu, Vomitu *&c.* & in Scorbuto, Cachexia, Aſthmate, & Orthopnæa conveniunt. Si miſceantur cum ſ. q. Conſer. Roſar. fieri poſſit Electuarium Stomachicum extemporaneum.

Pnlvis

Pulvis Stypticus Externus.

℞ Nihil Alb. ʒij.
Lapid. Calam. ʒj.
Æris Uſt.
Colcoth. Vitriol. āā ʒſs.
M. F. Pulvis ulceribus aſpergendus: Deſiccat, et incarnat.

Pulvis Stypticus Internus.

℞ Conchar. pulv.
Corall. āā ʒj.
Terræ ſigillat.
Croc. Mart. Aſtr. āā ʒij
Laud. Opiat. ʒſs.
M. F. Pulv. Doſ. ℈j. In Abortu, Dyſenteria, & omnibus Hæmorrhagiis.

Aliter.

℞ Coral.
Terræ ſigill. āā ʒj.

Croc. Mart. Aſtr.
Sang. dracon. āā ʒij.
Laud. Opiat. ℥ ſs.
M. F. Pulv. Doſ. ℈j.

In Dyſenteriis malignis; Clyſteres & Styptica novas turbas aut anxietates excitant: Martis vel Terræ ſigillatæ Tincturæ inſufficientes ſunt: Acidi ſpiritus internè, & Emplaſtra externè nil valent. Enemata & purgantia laxativa, malum promovent. Sed hic fluor longe felicius per Alexipharmaca (ſi remiſſa fuerit malignitas) temperata, ut Theriacam Bezoard. mineral. Terram ſigillatam. Extract. Torment. Pulverem viperarum cum abſorbentibus, cancrinis, Cinnaberinis, & opiatis miſtum: Et ſi Major fuerit malignitas per Alexipharmaca ſpirituoſa, calidioraque, reſolventia, ut ſpir. Theriac. Camph. Eſs. & Extr. Croci, ol. deſtil. Cinnam. aq. Cinnam. &c. cum

cum Opiatis associata, cohibetur.

Pulvis Viperinus.

Viperarum & Colubrorum (capitibus & intestinis abjectis) Cor, Caro & Hepar, cum spinis, leniſſime in Balneo Maris vel loco umbroso exsiccentur, & irrorentur guttis aliquot Ol. Caryoph. vel cum sal Armon. volat. misceantur, & ita serventur vase clauso. Dos. ʒs ad ʒj.

Cum Mucilagine gum. Tragacan. vel gelat c. c. ex hoc pulvere fieri possunt Globuli. Datur in Febribus malignis, Variolis, omnibusq; aliis morbis a venenis vulgo dictis productis.

R

Radix Ari.

Præparatur in Aceto aliquantulum

tulum bulliendo, vel inſpergendo ſpiritu Vitrioli dilutiori.

Roborat Stomachum a mucilagine viſcidâ læſum.

Reſina Jalapii.

Extrahe Tincturam Jalapii cum Spiritu Vini; quæ Aqua communi præcipitetur, a ſordibus abluatur & exſiccetur.

Purgat ſeroſitates: Datur Hydropicis, & in quibuſcunq; obſtructionibus. Doſ. gr. iiij. ad xij.

Reſina Scammonii.

Fit ut Reſina Jalapii.

Doſ. gr. vj. ad ℈ſs cum ſale Tart. aut Tart. Tartar. gr. v. vel ℈ſs miſt.

Pulvis polychreſtus e ſcammonio eſt Reſina Scammonii cum ſantalo tinctus Doſ. ℈ſs ad gr. xij. cum Stimulo Tartareo e. g.

℞ Tartar.

℞ Tartar. Vitriol. ℈ss. ad gr. xij.
Pulv. Polychr. e ſcammon.
gr. iv.
M. F. Pulv.
℞ Arcan. duplic. gr. xij.
Pul. Polychr. e ſcam. gr. iij.
Extr. Colocynth. gr. j.
M. F. Pulv.

Rob. Juniperi.

Fit e ſucco Baccarum Juniperi inſpiſſato, vel per ſe, vel additâ ſacchari parte. Doſ. ʒj ad ʒij.

Sudorem ciet in Aceto ſumptus, & affectibus peſtilentialibus ſuccurit: item loco Mellis, Elect. Theriac. poteſt admiſceri.

S

Saccharum Syrupiſatum.

℞ Aq. Fontan. ℔i jj.
ſacchar. Alb. ℔iij.

Coque (deſpumando) ad conſiſtentiam Syrupi.

Uſurpatur in componendis Pilulis, Electuariis, & Julapiis, pro conſiſtentiâ & edulcoratione; ut medicamenti color non fædatur; præſertim in Julapiis cum ſpir. C. C. aut Sal. Armon. miſtis.

Si Syrupale Remedium requiritur, extemporaneâ Extractorum Eſſent. Tincturarumque dulcoratione ſacchari ſyrup. aut Mellis recocti; ve Eſſentiæ Paſſularum; quandocunque libet, obtinetur.

Sal Antimonii.

Tinctura Antimonii cum Acido parata, in Extracti conſiſtentiam inſpiſſetur: pro libitu cum convenientibus pulveribus ſpiſſioribus Extractis, & Opiatis aſſociandum. Doſ. gr. iiij.

Internè ſanguinem mundificat, & externe ulcera maligna.

Sal

Sal Armoniaci Volatile.

℞ Sal Armon.
Tartar. āā q. v.
M. & ſublima.

Diureticum & Diaphoreticum eſt; in Morbis Chronicis & Febribus intermittentibus egregii uſus. Stomachum roborat, in Vino Abſinthiaco, vel Decocto Amaro propinatum. Doſ. gr. iiij. ad xv.

In Quartanâ detur horis ij. ante paroxyſmum cum Crem. Tartar. ℈j. & Cinnab. Antim. gr. ij. miſtum.

Sal Armoniaci volatile, cum ſpiritu Vitrioli vel ſalis fixatum, dat egregium Aperitivum.

Sal Diaphoreticum Compoſitum.

℞ Herb. Millefol.
Abſinth.
I 5 Artemiſ.

Artemiſ. āā q. v.
e Cineribus extrahe ſal.

Diaphoreticum eſt, & Antifebrile, doſ. ʒſs ad ʒj. ex Herbâ Abſinthio ſola in cineres redactâ extrahitur etiam ſal ejuſdem Virtutis.

Hæc ſalia potentiſſimè Acida quæcunque abſorbent; vi ſaponariâ viſcidas mucilagines in ventriculo reſolvent; evadunt in corpore nunc diaphoretica, nunc diuretica: ſi Corpus tegatur, ſudorem movent; ſin minus, Urinam: & in Curâ Febrium intermittentium & Morborum Chronicorum polychreſta ſunt.

Si haberes Sal magis compoſitum,

℞ Hujus Salis ʒiij.
Nitri.
Sal Armon. Volat. āā ʒj.
M. Doſ. ʒſs ad ʒj.
Diaphoreticum & Antifebrile eſt.

Sal Diureticum

Com-

Compoſitum.

℞ Herb. Ononid.
Urticæ
Geniſt.
Stipit. Fabar. āā q. v.

E Cineribus extrahe ſal, pro libitu ſulphurandum aut Vitriolandum.

Contra Calculum, Dolorem Nephriticum, Hydropem, & ſuppreſſionem Urinæ uſurpatur. Doſ. gr. xv. ad ʒſs.

Sal Succini Volatile.

Paratur ſimul cum Oleo deſtillando ſuccinum per Retortam ex Arenâ.

Diureticum, Cephalicum, nervinum & Antepilepticum eſt: Contra Iſchuriam, ulcera veſicæ, Icterum, ſcorbutum & Hyſtericam Paſſionem valet. Doſ. gr. vj. ad xij.

Rectificari

Rectificari potest miscendo cum sale Tartari & sublimando

Sal Tartari.

Elixiviari potest, ex Capite mortuo post destillationem spiritus Tartari relicto: Vel e Fæcibus Vini siccis; (seu Crassamento post spiritum ardentem a Vini Fæcibus abstractum remanente) in Figulino furno ollàque tectà calcinatis. Dos. ℈ss ad ℈ij.

Singulare est Aperitivum, Diureticum, & Digestivum in morbis Chronicis, & Affectibus Hypochondriacis; in infusionibus laxativis & purgantibus usurpatur, & pro extrahendis Tincturis.

In Aquâ communi solutum supplet locum olei Tartar. per deliq. & bonum est remedium in serpeginibus, Ulceribus, Tineâ, scabie &c & interne sumptum convenit iis quæ arsenicum sumpserunt.

Sal

Sal Tartari Eſſentiale.

℞ Sal. Tart. ℥ij.
Acet. deſtill. ℥ xxiiij vel xxvi.

M. ad perfectam ſalis Tartari ſaturationem, mediante digeſtione uniantur, & poſt abſtractionem Aceti abſtrahatur a Remanentiâ Spiritus Vini rectificatus. Vocatur etiam Terra filiata Tartari, & Arcanum Tartari.

Abſtractus poſt Salis Tartari ſolutionem Liquor (ſeu Acetum) per Alembicum, haud inconveniens pro Opii aliorum Vegetabilium, & marinorum ut Corall. Oc. cancr. &c. ſolutione menſtruum præbet.

Hoc ſal Egregium eſt Diureticum Doſ. ℈ſs ad ʒſs. Cum ſpiritu ſalis Armoniaci conjunctum eſt Remedium ſingulare in malo Hypochondriaco, ſcorbuto &c.

Si in Duplo Aquæ diſtillatâ

aut

aut Spiritus Ardentis, vel Elix. Proprietatis ſine Acido diſſolvatur, efficax fit Tinctura Nephritica, Splenetica, *&c.*

Nec inefficax medicamentum provenit ſi cum Aceto non deſtillato, eodem modo procedatur, & magma reſiduum Spiritu Vini ſolvatur.

Sanguis Hirci

E collo inter jugulandum colligitur, & cum ſero ſine combuſtione in Balneo Vaporis ſiccatur.

Doſ. ʒſs ad ʒj pro Diaphoriſi in Pleuritide, & Febribus inflammatoriis. Sanguinis grumos diſcutit; & cum Oculo Cancrorum miſtus cum aut ſine Antimoniatis, contra Caſum ſufficit.

Spiritus

Spiritus Abſinthii.

℞ Summit. ſelect. Abſinth. p. j.
Sacchar. non refinati vel
Mellis p. ſs. vel p. j.
Aq. Fontan. q. ſ.

